P. VERGILI MARONIS
OPERA

RECENSVIT

OTTO RIBBECK.

VOL. IV.

APPENDIX VERGILIANA.

LIPSIAE.

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI.

MDCCCLXVIII.

APPENDIX VERGILIANA.

RECENSVIT ET PROLEGOMENIS INSTRVXIT

OTTO RIBBECK.

LIPSIAE.

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI.

MDCCCLXVIII.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI.

PRAEFATIO.

Ultimo huic Vergilii mei volumini nihil fere habeo quod praemittam, nisi forte mihimet ipsi gratulari ferat animus, quod longum et pulveris plenum emensus campum sudans tandem ad metam pervenerim. nam accusare si quae vel aliud agenti invito exciderint vel hebetiore iudicii acumine usum fefellerint aut latuerint securus obtrectatoribus relinquam, qui tamen ut solent uti labore alieno quamvis silentio dissimulantes non dedignabuntur: excusanda in hac quidem operis parte videtur fastidiosa fortasse quibusdam futura sordium ex manuscriptis infimi partim aevi libris conlectarum coacervatio. quam qui aegre feret, eum ad Silligii redire iubebo 'squalem scabremque, inluviem ac vastitudinem', quae tamen non caret tantum gravissimis testimoniis, sed in ipsa inutilis farraginis abundantia nec fidem meretur nec ad usum commoda et perspicua est. ego quos contuli codices (et spero vel confido eos etiam, qui mea gratia ab aliis hominibus doctis atque accuratis conlati sunt) iam ita patent curiosis artisque criticae peritis, ut quid eis traditum sit dubitatio nulla relinquatur, modo teneant, quod consuetudine pridem receptum atque probatum est, ubicumque taceo, consentire librorum memoriam cum textu meo. quod moneo propter Neuium, qui in grammaticae Latinae vol. II p. 496 desiderari passim in variarum lectionum apparatu meo certam notitiam inmerito queritur. ac diligentiam qua *Thuanei* codicis varias lectiones Froehnerus enotavit magnopere confirmari laetatus sum eis, quae ex eodem libro ad *rosarum* carmen et ad versiculos de *est et non* monosyllabis deque institutione *viri boni* sibi collecta liberaliter mecum communicavit *Alexander Riese:* adeo enim cum illis congru-

unt, ut quod addam nihil habeam. ne illa quidem, quae ex aliis duobus codicibus bibliothecae regiae Parisinae (n. 7927 et 7936) idem excerpsit, novi quidquam praebent, quippe quae plerumque meorum *Zl* testimonia repetant. contra diserte ubique, nusquam per silentium indicavi si quid ex aliorum horreis, ne ad plenam memoriam desideraretur, deprompsi. nam integra excutere nec volui, quibus plerumque careri posset, nec tutum erat. unum in huius voluminis prolegomenis video quod excusandum sit. nam quaedam codicum excerpta cum partim ipse fecerim partim ab aliis acceperim postquam prolegomena non scripsi tantum, sed typothetis etiam tradidi, pauca in his paullo minus vel plene vel accurate de librorum scripturis enotata reperies, quae comparato ipso variae lectionis penu facile vel suppleri vel corrigi possint. ipse plagulis sedulo examinandis quae offendi ad calcem huius libri composui.

Sed antequam poetae trium lustrorum sodali vale dicam ad *prolegomena* quae superiore anno prodierunt respiciens sarcinas exonerabo, quae perlustraturis illa cognitu dignae videri possint.

Ac primum quod in prolegg. praef. p. XXX dixi frustra me expectasse *Medicei codicis* specimen photographi arte expressum sero tamen mense praeteriti anni Decembri medio Florentia mihi transmisit *Theodorus Heysius*, scribens litteris amicissimis se usque retinuisse schedulam, quod nec ipsi nec artifici qui exceperat satis fecisset. et dolendum sane quod quaedam in ea vel temporum vel luminis iniuria adeo evanuerunt, ut ne instrumenti quidem ope adiuti oculi umbram eorum redipisci possint. quod maxime de verbis in exitu versiculorum positis valet: nam prorsus evanuerunt in v. 10 margine adpositum PRETIVM (quamquam extare in codice nunc etiam RETIVM evanida sola P testatur *Heysius*), et in extremis v. 12 OPES, v. 14 ANIMUS vocabula; item in v. 8 ultimi vocabuli duas tantum litteras OU agnovi: sed clariorem umquam huius paginae speciem soli apparituram esse cum spes nulla sit, quae strenue conantem artificem identidem fefellerit, cumque pleraque saltem vivam antiquae scripturae imaginem reddant, quae benignitati amici debeo licet partim ipsa obscura tamen in lucem proferenda esse

duxi. videbis autem, quamvis religiose Fogginii exemplar typis exprimi iusserim, tamen quae in prolegg. meorum p. 222 leguntur ne genus quidem litterarum quales in ipso codice leguntur satis fideliter exhibere. nam in tituli v. 2 CODICeM, non CODICEM extat; in distichis inde a v. 5 capitales sunt litterae praeter ceteras, de quibus vere testatus est Fogginius, ς (hac forma, quae etiam in superiore titulo v. 2 restituenda), L, P, sed haec ut interdum paullo infra lineam descendat; descendit constanter ut q littera F, minoris formae semper sunt ᴀ, ϵ vel e, m. docuit me praeterea Heysius accuratissima enarratione, eademne manu titulus superior (v. 1—3) et disticha (v. 5. 7—12. 14) scripta sint prorsus esse ambiguum: at calamo magis obtuso, litteris paulo crassioribus, atramento diverso, subfusco illo, ergo non eodem certe die haec exarata, eademque manu et eodem tempore quo cetera etiam ultimum v. 14 additum esse. quod vero in margine a correctore his litteris capitalibus adpositum est PRETIVM (V, non U) multo gracilioris et exilioris ductus, speciem quidem antiquiorem quamvis falso prae se ferre quam textum subscriptionis. quod verissime monet luculento exemplo esse quam lubricum de scripturae antiquitate, si sola elementorum forma nitatur, iudicium sit.

De codice *Montispessulano*, quem nondum exploratum esse monueram in prolegg. p. 361, vir doctissimus *G. Benoit*, Massiliensis lycei professor, ultro litteris humanissimis me certiorem fecit docuitque specimine lectionum ex georgicon libri III initio excerptarum nullam eius peculiarem virtutem esse. pertinet enim liber numero 253 signatus et quantum duorum versuum scripturae exemplo iudicare licet nono saeculo recentior, ut ipse vidit vir clarissimus, ad familiam libris Bernensibus *bc* repraesentatam, tamen ut codicis *c* similior sit quam alterius *b*. versibus secundi Aeneidis libri 567—588 ut plerique omnes caret.

Longe accuratissimam collationem codicis *Leidensis Vossiani* 111 saeculi IX, unde Lucianus Mueller in mus. Rhen. XIX 114 sqq. *argumenta metrica* decasticha edidit mox a me recognita in prolegomenis p. 369 sqq., gratus acceptam refero *Alfredi Holderi* benignitati, qui ex itineribus redux hoc ipso mense transmisit quae Vergilii mei in usum converti

posse existimaret. excerpsi autem omissis, ut in hoc scriptorum genere par est, vulgaribus orthographiae discrepantiis erroribusque librarii manifestis quae Muelleri culpa in adnotatione mea critica vel desunt vel minus recte tradita sunt haec:

II 10 receptos] reptos (*i. e.* repertos) III 4 Ani] anii 5 rursūs (*deleta linea quae supra* u *ducta est*) 9 receptus (*compendio quod typis imitari non audeo, sed perspicuo*) IV 8 fa[ta] 9 puram (u *m.* 2 *corr. in* I) V 4 Prodigiū est 8 mōstrat (*m.* 2) VII 1 sepelit, tum] tumult. 8 Rex edit furiis (c *suprascr. m.* 2) VIII 3 ausiliū 5 tenētē 7 fatri (ri *del.*) IX 8 pādoron 10 fatigat's castra] tuta XI 9 icta] ips=a (s *fortasse corr. ex* t) *Monostichon* I *v.* 5 ludos quos cōcelebrar& ..... *deletis quinque litteris, quarum duae ultimae videntur fuisse* es 9 dux] rex.

In eodem inest etiam tetrastichon georgicon (*vide prolegg. p.* 379), *ubi legitur v.* 4 munera nostra; *et quod apud Meyerum extat n.* 863, 1—4 (*prolegg.* 380), *ubi in primo versu pro* modo laetus] modulatus.

Valentiani n. 389 scripturis, quas ex eisdem his carminibus excerptas idem vir doctus mihi obtulit, carere possumus: nihil enim praebent quod non ex libris *Rγbc* vel coniunctis vel singulis notum sit.

Unum, ut de codicibus Vergilianis absolvam, postremo declarandum est, quod prolegg. p. 358 *Hamburgensem* codicem nescio qua oblivione ad saeculum XIII detrusi, me de laude eius, qua nobilis saeculi IX propago auditur (cf. Merkelii ad Ovidii vol. III praef. p. IV), minime voluisse detrahere.

Restat ut defendam eundem librum meum contra tres viros, quorum nec parvi facio iudicium et a duobus in illum psum conlata beneficia grato animo agnosco.

Ex quibus primum nomino *Hermannum Hagen*, ex cuius nova *scholiorum Bernensium* recensione qui fructus ad Vergilianorum carminum historiam plenius ac subtilius eruendam redundent enarrare aliis relinquam. at hic in prolegomenon suorum bonae frugis plenorum capite ultimo p. 230 sqq. quod meas quasdam de *Corneliani* et *Ebrii* qui

appellantur commentariis dubitationes rectius dixeris quam suspiciones (prolegg. crit. p. 27 sq. et 175 sqq.) tamquam coniecturas confidenter prolatas refutare studuit, nihil sane fecit quam difficultates, quas in quaestione illa positas esse haud dissimulaveram, edisseruit: nam certam esse traditam de grammaticis istis memoriam quique fuerint ne ipse quidem docuit. quamque fluctuans in his tenebris iudicium sit vel illis elucet, quibus non licere '*ebrii*' nomen omnibus ignotum in illustrissimum *Verrii* mutari adnotatione ad ge. IV 120 '*intyba inebrii, intuba in Cornilianí*' demonstrare conatus est: Verrium scilicet *intuba*, non *intyba* commendaturum fuisse. verum istud, nec latuit me Verrii Flacci doctrina, de qua p. 123 et 452 monui. sed ecquid erit supplicii, si fieri potuisse audebimus opinari, ut commutaret librarius vocabula simillima et falso tribueret alteri quod alterius esset, cum deberet describere haec: '*intuba inebrii, intyba* in *Corniliani*'? nam veri quid sit in hac nebula dispicere atque adfirmare nobis mortalibus concessum sane non est.

Contra verissime monuit Hagenus p. 726 quae in prolegg. p. 172 ad *Terentium Scaurum* rettuli ad ecl. VIII 65 in scholiis Bern. adnotata, ad poetam Terentium (Andr. IV 3, 11) spectare.

De *notis criticis* a *Valerio Probo* adhibitis quae in prolegg. critt. p. 150 sqq. et contra *Alexandrum Riesium* in eiusdem libri praefatione p. VIII sqq. disputavi idem nuper refutare conatus est in Fleckeiseni annalibus a. 1866 p. 868 sqq., sed talibus ille argumentis usus, quibus breviter respondere satis habeam. nam qui in commentarioli initio haec scripserat Suetonius 'his' (sc. notis) 'et olim in adnotationibus Ennii Lucilii et scaenicorum usi sunt Vargunteius Laeliusque et postremo *Probus, qui illas in Vergilio et Horatio et Lucretio apposuit ut Homero Aristarchus*' habuit profecto cur non de eis tantum, quibus alio ac ceteri consilio, sed de eis quoque, quibus solus vel primus usus erat Aristarchus, expressis verbis adfirmaret auctoritatem eius secutum esse Probum. in reliquis autem, quarum vel communis omnibus vel spretus quidem ab Aristarcho, sed non varius apud ceteros usus fuerat, cur tandem de Lati-

norum grammaticorum consuetudine etiam moneretur, quos usurpasse omnes illas iam supra narratum esset? ceterum non integrum Suetonii, sed partim in breve contractum commentariolum hodie extare valde probabile vel eo redditur, quod de varia antisigmatis apud Graecos vi ne verbum quidem factum est atque sequentia quoque multo quam antecedentia exiliora sunt omnique Graecorum grammaticorum commemoratione carent. antisigmatis vero cum puncto definitionem utrum ego verba antiqui testis plana et simplicia secutus veriorem proposuerim an Riesius, alii iudices sunto. mihi non persuasit qui prout lubet quodvis silentium auctoris sui tamquam doctum ac disertum veneratur, verbis quamvis sanis atque perspicuis fidem adeo non habet, ut argutandi subtilitate et arbitraria interpretatione pervertat atque in peius detorqueat sententiam.

Denique Quintiliani Riesius p. 873 loco quodam (I 4, 3) quod tamquam testimonio, non usum obelo esse Probum, abutitur, et nimium si quid sentio probat et quae Quintiliani sit sententia minus animadvertit. qui cum tanta narret iudicii severitate usos esse veteres grammaticos, 'ut non versus modo censoria quadam virgula notare et libros, qui falso viderentur inscripti, tamquam subditos summovere familia permiserint sibi, sed auctores alios in ordinem redegerint alios omnino exemerint numero', proprium veteribus hoc tantum vindicare videtur, quod postremo loco posuit, in ordinem numerumque eorum auctorum, qui summa laude digni existimarentur, alios eos redegisse alios inde exemisse (nota enim sunt veterum grammaticorum de ordine (τάξει) eminentium in quoque litterarum genere scriptorum studia atque discrimina); alteram tamen censorii muneris partem, quae in notandis versibus singulis et damnandis integris libris constabat, vulgarem et a recentioribus quoque exercitam fuisse ut adhuc soliti sumus pergemus credere. an Varronem aliosque grammaticos Latinos in diiudicanda Plautinarum fabularum origine elaboravisse fugit Quintilianum? ne tot alia exempla notissima, quibus hoc grammaticae disciplinae munere numquam non Latinos homines functos esse apparet, enumerando taedium et mihi et aliis excitem.

Acrior adversarius coniecturae, quam in prolegg. p.

104 sqq. 124 proposui, extitit nuperrime *Gustavus Thilo*, qui cum genuinum *Servii* commentarium eum esse sibi persuaserit, qui in plerisque codicibus circumfertur, additamentis ille quae in suis quibusdam libris P. Daniel repperit destitutus, hos autem scholiis quamvis Servii aetate antiquioribus interpolatos esse (cf. mus. Rhen. XIV 450), meam sententiam, qua Scaligerum secutus multo integriorem olim quam nunc extat, Danielino autem quam vulgato similiorem Servii commentarium a *Macrobio* in Saturnaliorum libris usurpatum fuisse conlatis his cum nostris scholiis probare conatus sum, peculiari quadam, qua philologis Halae conventum hoc anno agentibus salutem dixit, commentatione 'quaestiones Servianae' inscripta refutare studuit. quae cum his ipsis diebus, cum 'iam canit effectos extremus vinitor antes', extremis scilicet huius libri plagulis sub prelo sudantibus, instantibus praeterea atque urgentibus et qui materiam sibi deposcit operario et qui scholis hibernis instituendi sunt adulescentibus, auctoris beneficio mihi transmissa sit, nec vacat singula omnia excutiendo longum responsum contexere nec si quid video pro meo quidem consilio opus est. pleraque enim a Thilone collecta exempla et argumenta talia sunt, ut non qualis fuerit anticus Servii commentarius (de quo quaerendum erat) inlustrent, sed comprobent quod ipse statui, communi ex fonte eoque Vergilii quidem commentario aliquo et Danielis excerpta et Macrobii copias hausta esse.*) de hoc igitur ita convenit inter nos, ut quae p. 22 scripsit Thilo 'uterque auctorem habuisse videntur, cuius pleniorem ... disputationem in brevius contrahentes non eadem in suas chartas transcripserunt,' sed quod quisque ad

*) Cf. p. 12, ubi Probi commentarium non Gellio tantum II 6, ut in prolegg. p. 145 statui, sed Macrobio etiam VI 7 et Lemovicensi Vergilii ad ecl. VI 76 scholiastae ad manus fuisse conicit, quos Servii ab ipso Macrobio hic laudati auctoritate niti mihi persuasum est. porro p. 14 conl. Macrobio VI 8, 14—23 cum Servianis ad Aen. VI 273; p. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 24. 25. 29. 30. 31. 32. 33. 35. 37 conl. Macr. III 2 sqq. cum Serv. Aen. V 238 IV 699. 219 I 373 XII 779. 648 XI 158 II 686. ge. I 269 sq. Aen. IV 56 Aen. II 225 I 378 II 269 ecl. V 74 Aen. III 85. 84 VIII 363. 269 III 407 VIII 288 ecl. IV 43 sq. et deinceps (taedet enim singula enotare) in quavis fere pagina.

poetae verba intellegenda aptum esse iudicabat' mea facere nullus dubitem, qui minime gentium interpolata quae ille dicit scholia, ut nunc sunt, a Macrobio quasi devorata esse contenderim. disconvenit inter nos eo, ut communem illum Macrobii et scholiorum nostrorum fontem Servii, qualis olim fuit, mihi, isti contra alius nescio cuius interpretis Vergiliani, qui ineunte fere saeculo quarto scripserit (p. 53), commentarium fuisse probabilius videatur.

Vertitur ergo summa res in hac quaestione: certisne argumentis demonstratum sit contractiorem qualis in plerisque libris legitur Servii textum nec quidquam praeterea ab hoc profectum esse. cui quaestioni ut satis fecerit Thilo tantum abest, ipse ut p. 51 fateatur, se quod demonstrandum fuisset non demonstravisse, sed verum esse posuisse. quod ita sane se habet. nam quod voluit pro argumento esse, quod quattuor tantum locis similes esse docuerit Servii ipsius et Macrobii expositiones, octiens diversa inter se dicere Servium et Macrobium, septiens neque Servium neque 'interpolatorem' habere quod apud Macrobium legatur (qui numeri quam diligenter computati sint quaerere distuli), miror equidem argumentationem, qua ut demonstretur, non pleniorem olim Servii commentarium fuisse, docemur multa, quae apud Macrobium leguntur, hodie in mutilatis quae supersunt scholiis non reperiri, quasi haec ab illo transcripta esse dixissem. immo ne eis quidem quae in genuino, quem iste dicit, Servio nunc leguntur, eam fidem habendam esse puto, ut quid de quaque re vel loco ipse grammaticus docuerit vel senserit, scholiis nunc servatis satis constare credam. quae si excerpta et contracta ex multo ampliore libro sunt, quis neget stupidum et properantem librarium vel litteratorem passim pro Servianis excerpere potuisse quae falsa esse grammaticus olim demonstravisset? solent enim quae refutandae sunt pravae aliorum opiniones praemitti in singulis titulis, sequi meliora. quid? quod et Macrobium ipsum quaedam in brevius contraxisse comparata ipsius Servii scholia docent (Aen. V 609: cf. p. 10) et interpolamentis corrupta Danielis quoque additamenta esse suspicatur Thilo p. 25. ne dicam etiam in breviorem commentarium per interpolatores quaedam posse inlata esse.

Alia vero quae tamquam mea refutavit Thilo numquam dixi: e. c. videri dixi res et magnam ipsorum verborum partem Macrobium integriori Servio debere, non dixi auctoritati eius usquequaque addictum non protulisse nisi quae suo ille calculo comprobasset. neque enim tam nullius mentis hominem Macrobium mihi fingo, qui non ausus sit, dum legit excerpitque grammatici quamvis summo loco habiti commenta, etiam quae hic non probaverit, rettulerit tamen, pro veris commendare (cf. p. 17 de Aen. V 238 disputata). nec tam temerarius ego fui, ut quidquid ad explicandum vel aestimandum poetam collegit Macrobius ex uno Servio sumptum esse confidentius adseverarem: Hateriano utrumque usum esse (cf. p. 37) ipse monui p. 177 sq.; idem p. 113 de Vergilii auctoribus quaestionem antiquam Macrobio ad manus fuisse conieci (cf. Thilo p. 48).

Praeterea quod p. 5 docet adversarius Isidorum et mythographos aliquot locis breviorem Servii nostri formam reddere nihil profecto probat nisi quod per se satis credibile est, iam ante illorum aetatem, h. e. ante saeculum septimum vel sextum excerpta nostra facta esse. at tamen aliis locis Isidorus etiam cum Danielis scholiasta conspirat (cf. p. 5 sq.), ubi cum communem utrique fontem fuisse Thilo ipse concedat, quid est cur de antiquiore quam Servii commentario cogitemus? qui per gradus paullatim despoliatus quaedam in eo exemplari, quo Isidorus usus est, etiam retinuit, quae vulgatis codicibus nostris saeculorum noni recentiorumque iam desunt.

At enim vero alia quaedam vir doctus in museo Rhenano olim (XIV p. 550) attulit argumenta. primum librorum, quibus mutilatus Servius traditur, multitudinem, paucitatem contra Danielinorum: quod nemini inponet qui meminerit solere genuinum scriptorum antiquorum textum paucis vel uno exemplari, interpolatum ceterorum codicum turba servatum esse. tum subscriptum illic expressis litteris Servii nomen, omissum hic. ad Servium quidem recte referri mutilata quoque numquam negavi; pleniores vero schedae non ita multae, neglegenter et turbide scriptae (cf. l. l. p. 541. 543) supersunt, omni quidem destitutae titulo, quo tamen quamvis careant, alicui saltem auctori non nominato

vel sic tribuendae erunt, et quoniam cum Servianis scholiis coniuncta sunt, cui tandem per se probabilius quam ipsi Servio tribuantur? qui si tam inane eruditionis commentum reliquisset, quale in vulgatis codicibus et in Thilonis specimine Halis anno 1866 edito legimus, numquam nomen eius vel ista aetate tam illustre fuisset.

Iam vero haec mihi considera. compilavit Macrobius Saturnalia aut post editos Servii commentarios, ut ipse statuo, aut, quae Thilonis fere opinio*) est, antequam hi in vulgus editi sunt. hoc ut verius esse paullisper largiamur, putasne tantis ab illo laudibus elatum tamquam inter omnes non solum qui tum, sed qui priore etiam aevo Vergilii carminibus operam dederint, doctrina et iudicio et auctoritate principem (cf. prolegg. p. 104) tam ieiuna et vilia postea editurum fuisse qualia nunc in vulgaribus libris traduntur? tamque copiarum, quas ipse quasi dies ipsaque patria suppeditasset, ignarum vel incuriosum tamque laudis studio destitutum fuisse, ut illa quoque, quae ipsius laudator et admirator quasi ab ipso collecta tradita inventa inque doctissimorum hominum popularium coetu partim prolata partim audita ceterorum sermonibus effudit, vel ignoraret vel sperneret, nisi forte in puerorum usum tritissima tantum conscribere satis habuit? quod ne credamus alia reconditioris doctrinae frustula quamvis mutilata vetant.

Sed ante compositos a Servio commentarios Macrobium Saturnalia compilavisse nec probabile est, quoniam re vera provectiore tunc aetate eum fuisse Macrobius ipse I 2, 15 significat, nec probavit Thilo. quodsi post editos tantus Macrobius Servianae eruditionis praeco extitit, ruborem illi, sibi mirae benignitatis admirationem quaesivit, qui praetermissas ab illo doctrinae copias amico ludi magistro scilicet tamquam priscos etiam grammaticos superanti litteratorum-

*) 'Saturnalia quo tempore conscribebat Macrobius Servius aut nondum scripserat commentarios suos, quamquam Vergilii carminibus in publico interpretandis iam magnam eximiae eruditionis famam sibi comparaverat, aut editi quidem commentarii, sed Macrobio hominum sermonibus, non legendo cogniti' p. 50. quorum quod ultimum posuit de aequali et populari et amico et litteratissimo, Vergilianae artis atque doctrinae studioso credat Iudaeus Apella.

que omnium longe maximo quam vel sibi vel vero auctori maluerit tribuere. nec dubitat Thilo ipse p. 50 'quin Macrobius de Vergilio scripturus eius grammatici quem ipse summis laudibus prosequitur libros quaesiturus fuerit'. quo autem magis consentio cum illo Macrobium quae de arte et doctrina Vergilii explicanda et defendenda proposuit non e multis antiquiorum interpretum commentariis congessisse (p. 46 et 52), sed uno vel paucis auctoribus fere contentum fuisse, eo probabilius videtur, eo, cuius ipse laudes prae ceteris insignes esse voluit, primario auctore usum esse.

Quae cum ita sint, Servium quidem ipsum recuperari nostris auxiliis omnino numquam, verum coniunctis Macrobii excerptis cum Danielis additamentis multo certe integriorem et antiquo similiorem quam ex vulgari plerorumque codicum memoria reconcinnari posse etiam nunc sentio. nam ignarum fuisse Serviani commentarii Macrobium mihi quamvis operosa disputatione vir diligentissimus non demonstravit.

Dabam Kiliae mense Octobri.

Holdero p. VII laudato debeo etiam Vossiani Leidensis n. 111 scripturas versiculorum de *est et non* monosyllabis et *de viro bono* accuratissime enotatas. quae cum expresso iam fere typis textu meo cum adnotatione in manus meas venerint nec ad restituenda poetae verba novi quidquam conferre visae sint, tamen tam antiqui libri testimonia, nisi quae ab omni parte trita vel inutilia essent, apparatui meo nolui deesse. plena mox Riesium in anthologia editurum esse suspicor.

Riesio de notis criticis oblocutus est, sed paullo ille, ut solet, mordacius in lexici sui Vindobonensis prooemio p. XXXIX *Augustus Nauckius* quoque. qui attulit exemplum, quo ostenderet 'quanta veteres interpolatores temeritate in Vergilii Aeneide grassati fuerint et quam facile etiam absurdissimi versus nostrae aetatis criticos possint eludere', sexti libri finem, ubi 'abiectis versibus quattuor 893—896 et admissa v. 897 lectione *his ubi*' [deteriore] 'corrigendum' arbitratur 'portaque emittit *averna*'. minus feliciter poetam ita rem instituisse, ut ex eburna Somniorum porta ad superos Aenean remitti fingeret, olim Heynius in excursu ad hunc librum XV monuit, et in sermone huius loci solitam eius elegantiam desideravit Peerlkampus, a qua sane longe abest v. 896: ut inperfectum hunc exitum et se-

cundis curis emendandum fuisse qui censuerit (ut fuerunt qui censerent), ei nihil equidem habeam quod opponam. plane absurdum esse Nauckio non concedam: nam cornea porta cum umbris tantum quae ad inferos paullisper escenderent, sed mox rediturae essent, pateret nec praeberet praeter hanc et alteram, qua ficta umbrarum simulacra evolarent, tertia exitum, sane quamvis invito per eburneam redeundum erat Aeneae, nec verendum, ut ait Heynius, ne omnis ex praestantissimo episodio percepta voluptas tamquam vana et inanis dilaberetur. neque enim quae vidit atque audivit Aeneas apud inferos ex porta illa tamquam 'falsa insomnia' ad eum pervenerant aut ipse Aeneas tunc, cum ex Orco reverteretur, primum inter mortales dormientes ac somniantes illos apparuit, ut a vigilantibus pro nihilo haberi posset. portam autem si semel commemoravit Vergilius, vix poterat non Homeri meminisse eiusque auctoritatem, quantum e re erat, sequi. ergo antiquis testibus, qui hos versus vel laudaverunt vel ut Ausonius in cupidine cruci adfixo v. 103 (p. 166 B.) imitati sunt, credendum esse etiam nunc puto, quamvis properantem et male consultum poetam in his agnoscam.

Arundelianas Vergilii schedas, de quibus Pertzio teste in prolegg. p. 361 monui, non in museo Britannico, sed in collegio heraldico sive armorum quod Londini est extare nunc Guilelmi Wagneri litteris a. d. V Kal. Dec. ad me datis comperi. qui cum illas indagaverit, mox se varias inde scripturas in philologicae societatis quae dicuntur transactionibus compositurum esse promittit.

Mense Novembri.

Insunt haec:

PROLEGOMENON

Caput I.

De opusculorum quae feruntur Vergilianorum titulis auctoribus aetate.

Praeter bucolica georgica Aeneidem Suetonio auctore Donatus p. 58 R. postquam distichi in Balistae memoriam compositi mentionem fecit haec ad Maronis nomen relata commemorat: '*deinde catalecton et priapia et epigrammata et diras, item cirim*[1]) *et culicem, cum esset annorum XVI*[2]) . . . . *scripsit etiam* [*de qua ambigitur*] [3]) *Aetnam. mox cum res Romanas inchoasset, offensus materia ad bucolica transiit*' e. q. s. quasi illa omnia ante bucolica scripta essent. in quibus cum *Moretum* (quod in vulgato textu insertum est) et *Copa* desiderentur, hanc addidit Servius qui in prolegomenis ad Aeneida haec habet, item elogii in Balistam facti memoriae adiuncta: '*scripsit etiam septem sive*[4]) *octo libros hos: cirin Aetnam culicem priapeia catalecton*[5]) *epigrammata copam diras*,' ut quod ambiguum posuit numerum illam de Aetnae auctore dubitationem spectare videatur, quamquam '*Aetna Vergilii*' in commentario ad Aen. III 571 laudatur.

Corpori cuidam carminum quae Vergilio tribuebantur minorum epigramma olim inscriptum fuit, quod in catalecton fine praebent ex libris meis Bruxellensis (*B*), Helmstadiensis (*H*), Rehdigeranus (*R*), Vossianus (*Z*), Burmannus autem in anthol. Lat. II n. CLXXXII exhibuit, hoc (cf. Heynius in ed. Verg. vol. I p. LXXXVIII adnot., Naekius in Catone p. 223):

---

[1]) cirimus *Bern. Pith.* [2]) XV *Sangall.* [3]) de qua ambigitur *post* aethnam *Bern.*, *om.* (*cum* etiam *vocabulo*) *Sangall.*, *uncis inclusit Hagenus.* [4]) *septem siue* extant in Naekii (Cat. p. 222) Augustano et Leid. [5]) *ca lepton* (*ta* et *c* superscr.) Paris. teste Thilone

vate Syracosio qui dulcior Hesiodoque
maior, Homereo non minor ore fluit,[1]
illius haec quoque sunt[2] divini elementa poetae
et rudis[3] in vario carmine Calliope.

Quod corpus quae complexum quoque titulo insignitum fuerit nescimus: nolim enim Naekio adsentire, quia catalectis in libris nostris subiectum est epigramma illud, ad haec tantum spectare statuenti. nam quamvis verum de his sit quod dicit 'vario carmine', tamen *rudis* Calliope in aliis, velut in culice ciri Aetna, multo verius quam in hac maxima ex parte elegantissimorum carminum sylloge deprehenditur. immo iuvenilis poeseos corpori omnino convenire videtur epigramma illud, quod cum catalectis subscriptum hodie legatur, fortasse haec agmen olim clauserunt.

Sed de hoc ipso *catalecton* nomine eiusque notione non satis constat. nam cum Ausonius in grammatico-mastige v. 5 (p. 203 ed. Bip.) '*catalecta* Maronis' ut vulgo dicuntur 'quid significent' quaerat, in libris eorum *HR catalepton*, in *Z* CATHELEPTON inscripta sunt (caret titulo *B*), quod memorabili modo firmatur Parisini codicis in vita Serviana Vergilii scriptura *ca*^{ta} *le*^{c}*pton*. his igitur motus indiciis possit quispiam Bergkii sententiae, quam ille inter theses suas philologicas in mus. Rhen. XX p. 291 quinquagesimam secundam proposuit, adstipulari, fuisse poematia Vergiliana vero nomine *catalepton* vel *κατὰ λεπτόν* appellata, unde vulgari mox usu *catalepta*, tum temeraria coniectura ante Ausonii aetatem *catalecta* facta sint. cuius tituli significatio explicanda erit exemplis huiusmodi: 'ne forte quaeras *κατὰ λεπτὸν* de singulis rebus' Cic. ad Attic. II 18, 2; *κατὰ λεπτὸν καὶ ἀκριβῶς περὶ ὁτουοῦν πράγματος διαλέγεσθαι* Phrynich. in Bekkeri anecd. p. 48, 16; *εἰδέναι πάντα κατὰ λεπτόν* Tzetz. Exeg. II p. 147, 3; *νιφετὸς ἡ κατὰ λεπτὸν καταφερομένη χιών* Suid. et Phot. ut carminum *κατὰ λεπτὸν* liber videatur habendus esse qui in tenues quasdam particulas vel eclogas quasi in filos diductus, non solidus aut compactus vel uno stamine pertextus sit ut maiora poetae opera, sed miscellaneus et variis eisque pusillis reliquiis conflatus. quamquam nescio an disponi rectius et discriminari vel legi vel discindi adeo et dispergi *κατὰ λεπτόν*, quae fuerant composita, dicas

[1]) fuit *HZ* [2]) sint *H* [3]) rudis *BHRZ* rudit *vulgo.*

quam particulatim vel filatim componi et congregari. multo certe et planior et simplicior *catalecton* titulus, quamquam exemplum quo tuear non habeo, ut collectorum et in idem corpus receptorum carminum, qui praeter Ausonii auctoritatem confirmari videtur etiam Isidori glossa quamvis corrupta, quae in Pithoeanis quoque excerptis fuisse traditur '*catadocta*, multorum cantica,' ubi Pithoeus coniecit legendum esse '*catalecta*', Martinius '*cata dicta*', ut in Mediolanensi Priapeorum codice se repperisse narrat Is. Vossius observ. ad Catull. p. 344: '*cata dicta* veterum poetarum in Priapum' (vide Burmanni ad anthol. lib. VI adn. p. 478). nam poterant hi quoque variorum lusus *catalecton* et nomine et corpore comprehendi. elementorum autem *C* et *P* permutatio in cursiva capitalium litterarum scriptura minime insolita. et video in apographo editionis Romanae alterius Basileensi, ubi *Catalecton* et praemissum et subscriptum est, in titulo tamen, qui in foliorum margine superiore adpositus est, idem vocabulum litteris initialibus ita pictum ut *C* plane videatur *P* esse, sic fere: Ꝗ.

Ceterum sive *catalepton* sive *catalecta* rectius appellantur, mirum si qui nunc eo nomine comprehenduntur elegos et iambos intellegemus, cur *epigrammata* praeterea apud Donatum et Servium inter opuscula Vergiliana referantur. nam *priapia* quod ab illis separata sunt ipsius argumenti natura facile explicatur. sed praeter haec si peculiari epigrammaton nomine significatos esse cum Naekio (Cat. p. 226) statuimus versiculos illos, qui in codicibus nonnullis cum Vergilianis opusculis coniuncti extant de Balista latrone, de viro bono, de 'est' et 'non' monosyllabis, de rosis nascentibus et senescentibus vel adeo totam illam scholasticorum carminum farraginem, quae optimi poetae nomen in codicibus mentitur, certe omnis illa quae apud Donatum legitur notitia a Suetonio aliena habenda erit, cuius aetate probabile non est tam viles fetus aut procreatos aut Vergilio tributos esse. sed tam late per se patet catalecton (sive catalepton) nomen, ut multa facile comprehendisse possit. ergo quod apud Donatum legimus '*catalecton et priapia et epigrammata et diras*' poterimus intellegere catalecton libros tres, priapia scilicet et epigrammata et diras; ac fortasse idem voluit vitae quae in Servii prolegomenis nunc excerpta est auctor, siquidem post cirin, Aetnam et culicem reliqua sic fere composuisse conicitur: '*catalecton priapea epigrammata copam diras*', haec quattuor communi catalecton nomine complexus. quibus si addi-

mus moretum culicem cirin, habemus septem, si Aetnam praeterea, octo libros, quos numerat scholiasta. et quidni his omnibus in unum corpus receptis *catalecton* titulum is qui primus collegit inscripserit? qui apud Donatum certe in totius enumerationis fronte legitur. sed cum singulis libris et inscribi et subscribi soleret certo quidem numero addito, tum autem ut fiebat neglegentia librarii ceteris locis omissus sit, evenit ut in nostris codicibus uni tantum epigrammatum libro relictus et fortasse a grammaticis quoque cursim inscriptiones ex corpore excerpentibus huic soli per errorem tributus sit.

Nam quae nunc catalecton nomine appellari solent carmina hilariora *prolusiones* antiquis grammaticis audivisse videntur, ut testis est Diomedes p. 512 K., cuius in hac parte auctorem Caesium Bassum, Neronis aequalem, fuisse statuit Westphalus (de arte metrica Graecorum II 2 p. 76 sqq.). usum autem Vergilium in prolusionibus suis metro priapeo quod dicit, quale sit '*incidi patulum in specum procumbente Priapo*', qui versiculus hodie inter Vergilianae poeseos reliquias non legitur, et relata iam illo tempore ad eius auctoritatem priapea quaedam probat, quo Donati vel Suetonii et Servii testimonium quodammodo confirmatur, et pleniorem tunc prolusionum syllogen extitisse quam quae hodie circumfertur. nam mirum esset, si laudato Marone alius nescio cuius quam huius ipsius poetae versiculum pro exemplo ponere maluisset. nec dubitationem peritis movebit quod Atilius Fortunatianus p. 2675 et Terentianus Maurus v. 2769 sqq. priapeos inveniri in Vergilii hexametris demonstrare student nulla priapeorum ipsorum facta mentione. cum enim eiusdem Westphali acumine constet, hos quoque ex Caesii Bassi auctoritate pendere, coniunctis demum Diomedis Atilii Terentiani locis quid in huius de metris libro traditum fuerit intellegitur, qui et vera priapea in prolusionibus Maronis extare tradidit et in herois eiusdem non minus quam in Homeri versibus simulacra quaedam metri illius reperiri adnotavit. et praebent nostri quoque quotquot innotuerunt catalecton quae vulgo appellantur codices *BHRXZ* (cf. Scaligeri adnot. p. 217. 219) in fronte libri tria priapea quae in Burmanni anthologia Lat. sunt VI 84—86, ('vere rosa' e. q. s., ego haec, ego arte fabricata rustica' et 'hunc ego, iuvenes, ocum'), quorum tertium ad Catulliani carminis, cuius initium Terentianus Maurus v. 2755 sqq. servavit, exemplum metro quoque

priapeo compositum est. vindicavit hoc ipsum Naekius Cat. p. 230 sq. Vergilio nostro, nec tamen ea inter utrumque similitudo intercedere mihi videtur, ut propter hanc alterum ut ex imitatione huius expressum alii auctori relinquendum esse mihi persuaserit. nam demonstrari necessitate argumentorum aut esse aut non esse Vergilianum neutrum potest. in tertii v. 7 notavit Hertzbergius synaloepham minus elegantem, sed tamen a Vergilii arte non alienam, in v. 17 glyconei extremam syllabam ancipitem. secundi v. 12 sq. comparaverunt cum eclogae I v. 35, quo tamen nec eundem nec diversos utriusque loci auctores fuisse evincitur. primum cum pessima in primo versu synaloepha ('*vere rosa*' e. q. s.) nec Naekius quemquam Maroni adsignare ausurum esse credidit et ad Martialis VIII 40 imitationem factum statuit Buechelerus mus. Rhen. XVIII p. 415: tamen Vergilio tribuere non dubitavit Hertzbergius.

Praeterea Tibullo teste Scaligero in membrana Cuiaciana adscriptos iambos (in Burmanni anthol. VI 83, in Lachmanniano Tibullo IV 14) Aldus 'in antiquis libris' (fortasse in *Z*) 'separatim ab aliis in Priapum lusibus sub Virgilii nomine legi' narrat; et leguntur in codice XII saeculi Monacensi 18059 cum hoc titulo 'Priapeia Maronis incipit', nec evanuit eadem memoria in Monacensis 7471 codicis inscriptione quamvis ceterum incredibili: 'compositio non ipsius Virgilii set alterius poete novissimi tempore Philelphi vitam agentis' (vide Buechelerum l. l. p. 415).

Adiunctum integrum priapeorum librum opusculis Vergilianis quibusdam (non tamen catalectis quae vulgo dicuntur) in solo codice *V* repperi, nec scio in quibus libris Maroni lusus illi variorum tribuantur: sed possunt inter hos quoque esse Maroniani. nam versiculos 'severos parum', ut omnes fere paulo laetioris ingenii homines Romanos, Vergilium quoque fecisse idoneus testis est Plinius epist. V 3, 6: 'inter quos *vel praecipue* numerandus est P. Vergilius, Cornelius Nepos, et prius Attius Enniusque'. et huic ipsi lasciviori Musae, cui in dulci iuventa indulsit, vale dicit poeta in choliambis (catal. VII), quibus Sironis magistri disciplinam auspicatur, v. 11 sqq. tales igitur fuerunt quas *prolusiones* Diomedes dicit sive ipse quasi excusandi pudicissimi poetae causa substituit hoc nomen *catalecton* vel alii titulo opusculorum Vergilianorum communi sive in antiquo horum exemplari vel epigrammata sola vel integram syllogen sic inscriptam legit. nam

redit idem illud verbum et apud Focam, qui in vitae v. 60 scripsit 'hinc *culicis* tenui *prolusit*' (sic Heinsius, *praelusit* cod. Scaligeri) 'funera versu', et in Statii ad silv. lib. I praef., ubi rursus culicem *praelusisse* Vergilius fertur (cf. Naekius Cat. 224).

Sed iam videndum est catalecton titulo quae nunc circumferuntur qua quodque fide ad poetae nostri auctoritatem referatur. cui ipsis argumentis certo vindicantur praeter choliambos (VII) supra commemoratos elegidia X quo Sironis villulam sibi suisque perfugium adloquitur, anno 714, et VI quo pro perficienda Aeneide votum Veneri concipit, intra ultimum vitae decennium, sed propius a fine quam ab initio compositum. nec aut Quintilianus VIII 3, 28 aut in grammatomastige v. 5 sq. (cf. 8 sq.) Ausonius dubitavit, quin Vergilii esset carmen II quo T. Annius Cimber castigatur. quem quoniam mense Martio anni 711 Cicero in Philipp. XI 6, 14 (cf. XIII 12, 26) propter fratris caedem tangit, circa hoc ipsum tempus versiculi quoque nostri videntur facti esse, quorum aenigmata solvere ne Io. Fr. Gronovio quidem contigit, cuius commentatiunculam inter manuscripta Gronoviana in bibliotheca universitatis Leidensis n. 60 adservatam legi. nam satis fere habuit vir clarissimus hominum doctorum (Baptistae Pii Posterior. c. 44, Turnebi adv. XXIII 30 XXVII 29, Sam. Petiti misc. III 9, Salmasii ad Solinum p. 1157, P. Pithoei) opiniones et coniecturas exscribere. in emendandis verbis quae periclitatus sit adnotatio mea critica docet. recte autem praeter illos Ciceronis locos ad interpretationem adhibentur quae Suetonius Aug. 86 tradidit 'M. quidem Antonium ut insanum increpat quasi ea scribentem quae mirentur potius homines quam intellegant; deinde ludens malum et inconstans in eligendo genere dicendi ingenium eius addit haec: "tuque dubitas, *Cimberne Annius* an Veranius Flaccus imitandi sint tibi, ita ut verbis, quae Crispus Sallustius excerpsit ex originibus Catonis, utaris? an potius Asiaticorum oratorum inanis sententiis verborum volubilitas in nostrum sermonem transferenda?" item *Thucydides* cur dicatur satis explicavit Huschkius conlatis Ciceronis in or. 9, 32 verbis 'cum mutila et hiantia locuti sunt, quae vel sine magistro facere potuerunt, germanos se putant esse Thucydidas'. et de eorum qui Atticos Romae imitabantur frigore nota omnia. reliqua, quae scripserit Thucydidius iste, cur Britannus appelletur (quiane Britanniae historiam scripserit an propter Cimbri cognomen an, ut Grono-

vius voluit, quia in Britannia dum in Caesaris castris erat vel exercitii causa declamaverit vel ad regulum nescio quem legatus missus dicendo se apud indoctos iactaverit), quae sint '*Corinthia* verba' (num mixta ex variis linguis an venenata), *tau Gallicum* quid sibi velit, in ariolatione posita sunt. *al* fortasse non allium, sed alum vel halum est, quam Graeci sil vocabant: cf. Plinius n. h. XXVI 7, 42. XXVII 6, 41. sed vel hanc ob causam ex librorum scriptura *psinae* vel *psinet* aliud monosyllabon eliciendum ac sil, quamquam *psin* quid esse possit nescio.

Ceterum notatu dignum istum quoque Annium Cimbrum ut quem in ecl. IX 36 Maro oblique tetigit poetam Anserem in Antonii castris fuisse, quo confirmatur quod in comm. de Vergilii vita et scriptis p. XVII conieci, nostrum iam tunc a senatus et Octaviani partibus stetisse.

Paulo minus certa memoria de *carmine quarto* niti videtur sive medio quarto saeculo Marius Victorinus sive quem is quoque exscripsit multo antiquior testis Caesius Bassus, cum dicat III 17 (p. 188 G. 2585 P.) 'facit praeterea versum iambicum trimetrum tam *Simonides* quam *negotio* repetitum ter, haud alias quam *ut aiunt fecisse Vergilium nostrum iambico epigrammate: thalassio thalassio thalassio'*. sed hoc qui fecit, certe *tertium* quoque in eundem *Noctuinum* fecisse putandus erit. qui si Vergilius fuit, Catulli studiosum, qualem priapeum III et choliambi VII exhibuerunt, hic quoque deprehendimus.

Idem vero qui ter repetitum ab eo *thalassio* commemoravit vix dubito quin etiam epodum sequentem (V) legerit. nam adiunxit illis quae supra posuimus haec: 'quod bis enuntiatum facit epodon, ita:

beatus ille qui procul negotiis
thalassio thalassio'.

hic enim ipse versiculus in quinto insertus est (v. 16). maluit autem ille Horatianum, non ex nostro carmine sumptum senarium praemittere, quia cum solet Horatianis potissimum exemplis uti tum hoc paulo ante usus est. auctorem tamen carminis quem habuerit, conici nequit: non fuisse Vergilium docet ipsum initium, quo iam senem se, antea autem per maria vectum et arma victoris secutum esse dicit poeta. nec potuit ille umquam valere 'iram et *anticum furorem*' suum adseverare. potest fuisse Furius Bibaculus, quem anno 655 fere natum circa a. 736 sal et

acerbitas nondum destituit, ut carmina in Orbilium et Catonem grammaticum demonstrant. (cf. L. Schwabii quaestt. Catull. 307)

Familiares Vergilii occurrunt in elegis I et VIIII: in illis *Tuccam*, in his *Varium* 'dulcissimum' adloquitur poeta, cuius mores cum Vergilianis, quoniam pronior ille in pueros libidine fuisse dicitur, optime conveniunt. Deliam in epigr. I cui Tibull amicam esse placet, quod tamen ut conicias nec nomen nec quod v. 2 'limine clausa viri' dicitur (cf. Tibulli I 2, 5 sqq. 5, 67 sqq 6, 34.) satis argumenti est, malet fortasse illum auctorem habere quam Maronem, quamquam ne hunc quidem a puellarum amoribus iuvenem omnino abhorruisse contenderim, artis vero genus a Tibulli mollitie alienissimum est.

Nullam causam esse Hauptius ind. lectt. Beroll. 1858/9 dici quin credamus Vergilii esse elegans poemation XIIII, in quo cuius mortem a calumniis vindicat *Octavius* non potest tantum putar sed admodum probabiliter a Petro Victorio var. lect. VIIII 7 intellegitur Horatii familiaris, qui in serm. I 10, 82 (scripto intr annos 716 et 725) simul cum Plotio Vario Maecenate Vergilio Valgio aliisque amicis commemoratur. nam quod propter v. 8 ut videtur Hauptius l. l. statuit fortasse filium illius carmine nostro defleri, ineptum dicerem, si rustice loqui placeret. an quis credet patris amicum et aequalem, ut ex Horatii loco l. conici par est, quantumvis dilexerit filium, vivo patre in huius scilicet solatium versibus questurum fuisse quod huic superstitem esse filium 'perversi manes' inviderunt? immo talia inprecatur patri, cui dilectus filius, exosus pater est, ut illum qui cum Vergilio Horatio ceterisque amicis pocula ducebat Octavium parci et tristis et a Musis alieni, ergo invisi poetarum collegio senis natum fuisse suspicer.

Dicit autem in laudem mortui poeta haec (v. 5 sq.):

> scripta quidem tua nos multum mirabimur et te
> raptum et Romanam flebimus historiam.

atqui doctissimum hominem et Musis carissimum cumulatis laudibus et iuvenili amore colit epigrammatis proxime praecedentis (XIII) auctor, et illum quoque historiarum scriptorem esse docent versus 9 sq.:

> o quis te in terris loquitur iucundior uno?
> *Clio* tam certe candida non loquitur.

nomen huic fuit *Musa*, in quo repetendo v. 6 et 8 et cum Musarum Phoebique commemoratione festive conectendo lusisse poetam apparet. de Antonio quidem Musa medico Augusti (cf. Sueton. Oct. 59. 81. Plinii n. h. XIX 128. XXV 77. XXIX 6. XXX 117. Cassius Dio LIII 30) et Horatii (epist. I 15, 3) ut cogitemus cum Scaligero, nihil in toto carmine suadet: minus etiam probandi qui rhetorem tumidum atque ineptum, servum olim, tum libertum (cf. Seneca controv. X p. 294 B.) intellexerunt. iam casune dicemus factum, quod novimus *Octavium Musam* quendam ex Servii ad ecl. IX 7 et Bernensibus ad ecl. VIII 6 scholiis, valde his quidem ex parte excerptoris oscitantia turbatis, sed quorum tamen auctor exhibetur 'Iunilius', h. e. Iunius Philargyrius, homo non usquequaque contemnendus? (vide de vita et scriptis Verg. narr. p. XVIII sq.) a quo cum civis Mantuanus fuisse tradatur Octavius Musa, possunt facile pueri vel Mediolani vel Cremonae consuetudinem iniisse. nec praetereundum, quod culex poema, cuius de auctore hic nondum quaerimus, prooemio dedicatur Octavio cuidam nobili adulescentulo, quem poeta ipse adulescentulus adloquitur 'Octavi venerande' (v. 25) et 'puer venerabilis' (v. 37) et 'sancte puer' (26: moribus scilicet, non, ut sunt qui interpretentur, numine): qui si Musa cognomine fuit, fortasse non sine lepore quodam v. 6 et 8 musae commemoratio repetitur, si autem in historiae studia iam tum inclinavit, plus acuminis habebit quod et bellis vel centaurorum vel Persarum imparem se confitetur (27—34) et per ludum historiam se condere velle v. 4 promittit.

At Octavius iste Musa, si Servio credimus, Mantuanis agros veteranis adsignandos eripuerat, quia Cremonenses non sufficerent: parum ergo probabile, paterni ruris raptorem Vergilii amicum fuisse. audio: sed inter IIIviros agris dividundis etiam Asinius Pollio et Cornelius Gallus, fautores ac familiares poetae nostri, fuerunt, quibus si Octavius Musa tertius adiunctus fuit, Patavino et Foroiuliensi Mantuanus, scilicet ut tres homines transpadani civium pariter ac militum rebus quantum fieri posset consulerent, non necessario, dum publico munere fungitur, inimicum se contubernali veteri gessisse putandus erit. legi paruit et gravibus imperatoris iussis[1]), rei publicae posthabuit sensus privatos: sed

[1]) Hoc ipsum testatur Probus p. 5 K. iussisse Caesarem dividi Cremonensium agros 'et si non suffecissent Mantuanos adiungi'.

idem non minus quam collegae fortasse suasit Vergilio ut Caesarem precibus adiret et commendavit ignotum adulescentem proceribus. nihili enim duco fabellam qua iratus Mantuanis Musa fuisse propter nescio quam offensam a scholiastis traditur, quam et silentio, docto ni fallor, pressit Donatus et disertis verbis repudiaverunt Servius ad ecl. IX 28 et in praef. bucol. ac Focas v. 80: nam propter vicinitatem, non propter civium culpam Mantuanos agros Cremonensibus iunctos fuisse adfirmant. ergo neque cur irasceretur Octavio Musae Maro, modo quid res ferret aequo animo secum reputaret, et habuit fortasse cur gratiam referret. nec mirabimur quod nobilem ac potentem virum et dum Romae inter principis familiares erat veneratus est, ut epigr. XIII ne mutuum quidem amorem sperare ausus veneratur, nec mortui memoriam interire voluit, ut servavit epigr. XIIII. ceterum hunc Octavium, cui 'nimio pocula ducta mero' causam mortis fuisse dixerunt, equitem Romanum cognominem esse suspicor, cui Arcesilaus, Luculli familiaris artifex, cratera facturus exemplar gypso fecit talento, ut ait Plinius n. h. XXXV 156. a Catulli lectione recentem huius quoque epigrammatis auctorem Naekius Cat. 232 demonstravit conlatis v. 11 sq. cum Catulli 68, 147 et 76, 23; v. 3 (et VIIII 2) cum Catulli 92, 2 et 4.

Restant carmina tria. Transpadanus aliquis sive Mantuanus sive Cremonensis sive Brixiensis lusit parodiam phaseli Catulliani (catal. VIII). quodsi vere coniecit P. Victorius ad Cic. fam. X 18 p. 107 ed. Graev. olim mulionem iam magistratum curulem esse Ventidium Bassum, de quo ex Gellio IV 15 Valerio Maximo VI 9, 9 Plinio n. h. VII 135 Velleio II 65, 3 Cassio Dione XLIII 51, 4 sqq. XLVIIII 21 constat, scriptum illud quoque epigramma est anno 711, et si consulem, non praetorem ante Castoris templum in eburnea sede collocatum recte intellegimus, postquam a. d. V Kal. Decembres tresviri reipublicae constituendae munus inierunt, quoniam in Octaviani consulis locum suffectus est Ventidius. qui cum anno 696 cum Caesare in Gallias profectus sit (cf. Gellius l. l.) ubi vehiculis in magistratuum usum praebendis mandata imperatoris naviter peregit, et tum puero annorum XI innotuisse potest et fortasse antea, si in provincia cisalpina mulio fuit castrensis furnariae, ut Ciceronis apud Plinium l. l. verba sunt natus enim non ante annum 664, quoniam in triumpho Pompei Strabonis de Asculanis et Picentibus anno 665 acto inpuber

in sinu matris vectus est (cf. Gellius et Valerius Maximus), vel inde a prima Vergilii infantia inter Mantuam et Cremonam et Brixiam 'mulio celerrimus' cisio suo volare poterat. anno autem 711 iuvenem viginti sex annorum inter alias nugas, quibus indulsit priusquam ad graviora totum animum adiunxisset, quidni hos quoque lepidissimos iambos fecisse credamus, praesertim quem Catullianam poesin tum in deliciis habuisse et studiose imitatum esse sat multis exemplis (III. VII. VIIII. XIII) viderimus? merito igitur 'Vergilii Sabinum' laudavit Lachmannus Lucr. p. 326. nihili enim sentio esse quod Hertzbergius dicit, non tam impium fuisse bonum Maronem, ut suae ipse patriae, Cremonae scilicet *frigidae* et *lutosae* Galliae (12 sqq.) male diceret. nec originem Gallicam homini Picenti, qui postea (v. 8) *Sabini* cognomine honorificentiori maluit appellari, crimini dat, ut ille vult, sed mulionem ridet consulem factum.

Epigramma XII, ut Hauptii (ind. lectt. Berol. 1859 p. 12) verba mea faciam, 'ad Mithridatem pertinere probabilior aliorum opinionibus neque tamen omni dubitatione vacua sententia est Ruhnkenii' ad Vell. II 18, 3, cui praeivit Scaliger: nam nec Pompeius (cuius epitaphium vide apud Meyerum anthol. n. 730) nec Antonius vel regnum (v. 1) possedit vel 'servitium' Romae tulisse vel 'pulsus in exilium' proprie dici poterat. quamquam Mithridates quoque permirum est quod 'subito medio in certamine praeceps corruisse' dicitur, cum coeptum sit bellum Mithridaticum a. 666, finitum demum morte senis a. 691. sed alium in quem melius haec omnia quadrarent frustra quaesivimus. potest autem epigramma, quod imagini regis subscribi voluit auctor, multo post exitum eius factum esse estque per se vel optimo poeta dignum. argenteae Mithridatis statuae in triumpho Pompei circumlatae mentionem fecit Plinius n. h. XXIII 12, 151.

Elegiam ad Messallam (catal. XI), quamquam in eodem poetarum coetu nata est, in quo versabatur Vergilius, tamen non ab hoc scriptam esse certum videtur. docuit enim iam Scaliger initio eius versibus 3 sqq. significari M. Valerii Messallae Corvini ex Gallia triumphum a. d. VII Kal. Oct. anni 727 actum. quem sane in Africa militavisse (v. 52) et in Hispania ad Tagum (v. 53) et ultra Oceani adeo fines (v. 54) in Britanniam penetravisse traditum non est; sed non tam ad ipsum quam ad Messallas cunctos haec referenda monet pluralis numerus v. 40 usurpatus,

ex quibus unum Valerium Messallam, consulem a. 701, Caesaris in Africa legatum a. 708 fuisse docuit Borghesius opp. numism. I. p. 405. nec panegyrici (Tibulli IV 1) auctor ubi victoris per orbem terrarum cursum describit (v. 138 sq. 147 sqq.) illas regiones praeteriit. cumque de rebus a Messalla Corvino gestis inde ab anno demum 711 certior extet memoria, potest sive ut Scaligero et C. Fr. Hermanno placuit anno 687 sive quae Borghesii coniectura est anno demum 690 vel 691 natus est (cf. Reifferscheidii Suet. p. 83 sq. et Borghesii opp. num. I p. 408 sqq. ante proscriptionem, qua pulsus ad Brutum et Cassium profugit foris stipendia meruisse, quem dum interficitur Caesar Roma ab fuisse ipsi IIIviri apud Appianum b. c. IV 38 testantur. atqu anno 727 non georgica tantum, absolutissimum poema, ediderat sed iam in Aeneide totus erat Vergilius, cuius librum pri mum vel ante hunc annum scriptum esse in Prolegomenis critici conieci. a tali igitur poeta non potuit eodem tempore elegi oriri, cuius rudem quandam mediocritatem, ieiunitatem, quae 'a prosam orationem vulgaremque epistolarum consuetudinem' ac cedat, 'atque in transitu ab una sententia ad alteram inveniend paupertatem inopiamque, qualem quidem vix in ullo poeta pos Augustum reperias' merito notavit Naekius in Catone p. 233. nec probabilior Roberti Unger in libro de C. Valgii Rufi poematis p. 304 sqq. exposita opinio est, Valgium redeunti ex Gallia Messallae hac elegia gratulatum esse. qui cum Horatio satiram I 10, de qua supra diximus, scribenti cum paucis idoneus carminum eius iudex habitus sit, cumque anno 723 ab auctore panegyrici ad Messallam (v. 180 sq.) tamquam perfectus poeta verbis quamvis adulatione auctis 'qui possit magnis se accingere rebus, .. aeterno propior non alter Homero' praedicetur, certe anno 727 maturae aetatis et artis vir fuit.

Illam elegiam qui fecit iuvenili studio et Catullum (cf. v. 5 cum Catulli LXVI 13, v. 7 cum Catulli LXV 3) et Vergilium (cf. v. 11 cum ecl. I 32 Aen. IV 20; v. 17 cum ecl. I 1) imitatus est (vide Naekium l. l.), praeterea autem illis maxime deliciis indulsit, quae Lygdamo eiusque aequali Ovidio prae ceteris placuerunt:

v. 1 sqq. *pauca mihi,* niveo sed non incognita Phoebo,
pauca mihi doctae dicite Pegasides.

victor adest, magni magnum decus ecce triumphi,
victor e. q. s.

cf. 13. 16. 21 sq. 31 sq. 47 sq. 51 sq. 57 sq. 61 sq.

Similiter Lygdamus III 4, 65 sq.

saevus Amor docuit validos temptare labores,
saevus Amor docuit verbera saeva pati.

cf. 6, 33 sq. 35 sq. 53 sq. 55 sq.

Similis huius figurae illa est, qua ex altera hexametri parte vocabulum in pentamētri initio repetitur:

13 sq. pauca tua in nostras venerunt *carmina* chartas,
carmina cum lingua, tum sale Cecropio

cf. 39 sq.

item Lygdamus III 5, 1

manat quae fontibus *unda,*
unda sub aestivum non adeunda Canem.

denique cum pentametro hoc 44

tam procul hoc Latio, tam procul hac patria

(a quo paulo distant cetera exempla v. 3. 7. 10. 48, ubi singula in hemistichiis vocabula repetuntur), cum illo igitur comparandus Lygdami III 2, 17

maereat haec genero, maereat illa viro.

Et quoniam anno 711 pariter ut Ovidius natus est Lygdamus, horum aequalem aliquem adulescentem sedecim fere annorum, eadem ut illi disciplina inbutum elegiam nostram condidisse coniecerim, nec video causam esse, cur non ipsum Lygdamum auctorem habeamus. quem si anno 723 puerum XII annorum multo rudioris artis specimen panegyricum ad Messallam, qui inter Tibulliana carmina (IV 1) in libris relatus est, edolavisse probabiliter Lachmannus olim statuit, multo certe propius ad elegantiam eius, cuius in Tibullianorum codicum libro III elegias legimus, nostra accedit.

Intra annorum igitur 711 et 727 vel 736 terminos includi catalecton epigrammata et elegeia et pleraque sat probabiliter Vergilio tribui, cetera ex collegarum certe communi coetu orta videri, hanc autem syllogen Caesio Basso et Quintiliano notam

Ausonii etiam aetate lectitatam fuisse demonstravimus. iam d
ceteris opusculis videamus.

Copa Vergilio et codicum nostrorum (*BPYl*) et Charisii test
monio tribuitur hoc p. 47 P. 'communia cupo cuponis, fullo full(
nis; *quamvis Vergilius librum suum Cupam inscripserit'*, in qu
infringendo Ilgenius animadversionum p. 12 sqq. cum interpol:
tum esse opinanti Heynio adsentiret, frustra argutatus est. n(
dubitavisse videtur de huius memoriae fide Lachmannus (cf. a
Lucr. III 374 p. 165): Scaligerum, qui ad Vergilium poema lep
dissimum referre non audebat, Naekius (Catonis p. 238 sq.) s(
cutus ipsum eius nitorem ab Ovidiana propius quam a Vergiliar
aetate abesse sensit; sed pentametrorum exitus Propertianis (po
erat etiam Catullianos dicere) multo similiores quam Ovidian
esse monuit Hertzbergius. ac dubitari de auctore posse conc(
demus: nam Charisius quamvis hoc quoque loco C. Iulii Romar
auctoritate usus esse statuatur, tertii p. Chr. saeculi initio qui
habitus sit, non quis reapse fuerit auctor testatur (cf. Schott
muelleri de C. Plinii Secundi libris grammaticis p. 20 sqq.). se
multo etiam incertiores sunt, immo fundamento omni carent eo
rum opinationes, qui vel Septimium Serenum vel Valgium Rufun
fuisse arbitrati sunt. inprimis memorabilis est v. 31 repetitus ve
a Calpurnio vel ex eodem, Vergiliana reddunt v. 27 et 35.

Testimoniis praeter Donatum et Servium et codices de *Mo
reti* auctore omnino destituti sumus, nisi quod in Ambrosian
codice quodam Moreti G. I. Vossius de poet. Gr. c. 9 Isaacur
filium haec legisse narrat '*Parthenius Moretum scripsit in Graec(
quem Virgilius imitatus est'*. et legi hanc ipsam notitiam ac
dito '*V. Amb.'* manu Is. Vossii in exemplari appendicis Vergiliana
quod in bibl. Leid. est inter codices n. 849 cat. XIII (*Z* litte
signato a me) adscriptam. quae quin vera sint dubitandi causa
esse recte negavit Meinekius anal. Alex. p. 272, quamquam crede
ausus non est M. Hauptius in quaest. Catull. p. 52: Vergilianis ca
minibus aetate par esse Moretum existimavit Lachmannus Luc
p. 326, et commode laudato Martialis disticho XIII 14 (cf.)
52, 5)

claudere quae cenas lactuca solebat *avorum*,
dic mihi, cur nostras incohat illa dapes?

cum versu 76 (de cuius sententia dubitandi causa Wernsdorfio nulla erat) Stauderus in Iulii Caesaris diurnis antiquitatis anni 1853 p. 290 demonstravit Martialis certe aetate multo antiquius esse. quod cum iam Scaliger animadverterit, eo magis mirum quod Septimio Sereno maluit quam Vergilio tribuere. cui eo adstipulatus est Naekius Catonis p. 238 sq. ut Vergilii esse confidenter negaret, quia scilicet stilus carminis non ut in Culice et Ciri rudior, sed elaboratus atque consummatus, tamen a Vergiliano, qualis est in bucolicis et georgicis, diversus esset. verum est, adultae et perfectae artis, non puerilis studii specimen Moretum esse, quod autem a bucolicis et georgicis diversi argumenti et generis idyllium stilo aliquantum distat, non magis mirum quam quod differunt inter se bucolica et georgica et Aeneis. ac ne invenit quidem huius idyllii poeta argumentum: nam antiquior sine dubio *Suevius* eiusdem tituli poemate hortulanum moretum facientem descripserat, unde octo versus hexametros servavit Macrobius Sat. III 18, 11. atqui Suevius inter veteres poetas illos fuit, quorum aurum Maro collegit ut in suis carminibus exponeret (vide Macrobium Sat. VI 1, 37. 5, 15). nec inprobabile videtur, communem in hoc quidem argumento utriusque auctorem fuisse Parthenium, motum autem Suevii exemplo Vergilium periculum fecisse num eandem rem elegantius et pulchrius exornare posset. nec desunt in carmine Vergiliani sermonis vestigia: cf. e. c. cum v. 82 ecl. I 35. Maroni igitur tribuemus Moretum donec monstraverit aliquis inesse quae non possint ab eo orta putari.

Synaloepha parce et leniter usus est poeta in versibus 124 decies septies, ter in uno versu 96: atque in primo pede octies (v. 19. 39. 54. 60. 69. 79. 115. 124), in secundo quinquies (v. 71. 83. 86. 87. 96), in quarto ter (v. 25. 73. 77). semel diphthongus *ae* in synaloepha posita (v. 77), vocalis producta *i* bis (v. 69. 96), sed *e* correpta octies (v. 19. 71. 73. 86. 87. 96. 115. 124). ergo praeferenda versus 37 forma haec, optimis libris firmata:

hanc vocat *atque arsura* focis inponere ligna

illi

hanc vocat atque focis *arsura inponere* ligna.

Cirin certissimum est neque a Vergilio neque a Cornelio Gallo ortam esse; cuius prooemium qui accurate secum perpenderit, facile sobrio Silligii iudicio subscribet. fuit enim poematis illius auctor provectioris iam aetatis in re publica administranda versatus et honores captaverat (v. 2), quibus iam satiatus Athenis totum se philosophiae Epicureae dedit (v. 3 sqq. cf. 22 sqq.), tamen ut novus etiam hoc in studio fuisse videatur (v. 42 sq.), promittens olim se rerum naturam magnifico poemate illustraturum esse (v. 12—41), interim prima aevi rudimenta (v. 44 sq.), coepta longo ex tempore (v. 9), multo vigilata labore (v. 46) diuque promissa (v. 47), de Scylla carmen Messallae, iuvenum doctissimo (v. 54. 36), defert. idem Musas olim se coluisse atque elegias interdum ludere (v. 19 sq. 92 sqq.) profitetur. quodsi M. Valerium Messallam Corvinum, nobilissimum oratorem, appellaret, scriptam esse Cirin efficeretur anno 709 vel 710, cum ille iuvenis Athenis studiis deditus esset (cf. Cic. ad Att. XII 32. XV 17): nam postea usque ad annum 727 civilium aliorumque bellorum fluctibus iactatus vereor ut tali poemati legendo vacaverit. sed noverat poeta ille Aeneidis libros secundum (v. 402), tertium, unde v. 125 sq., et sextum, unde v. 406 in suum carmen (v. 476. 280) transtulit; ne dicam de quinto (cf. v. 318. 349). plura ex eclogis, alia ex georgicon I furatus est, collecta omnia a Schradero emendd. p. 33 sq., ad singulos a me versus notata. ergo non ante quam recitatus saltem est liber VI anno 731 vel 732, Ciris potest scripta esse, cum Corvinus ille iuventutis fines transgressus esset. iam optio data est sive filium illius, in quo 'imago paternae facundiae' (Tac. ann. III 34 cf. Ovidii ex Ponto III 251 sqq.) erat, M. Valerium Messallam, qui Messallinus vocabatur, consulem anni 751, amicum Ovidii (ex Ponto I 7. II 2) mavis intellegere sive nepotem M. Valerium Messallam cos. anni 20 p. Chr. (Tac. ann. III 2) sive abnepotem cognominem, qui anno 58 p. Chr. consulatu cum Nerone functus est (Tac. ann. XIII 34). inter Vergiliana carmina relatam Cirin legit Suetonius, ut primo post Chr. saeculo recentior auctor haberi non possit, cumque metricis etiam L. Muelleri (p. 42) rationibus longe ultra Augusti aetatem progredi vetemur, Messallino carmen dedicatum esse coniectura Teuffelii in Pauli encycl. p. 2657 prolata prae ceteris placet. qui cum anno 727 puer fuisse videatur (Tibullus enim in elegia I 7 hoc anno scripta v. 55 optat patri ut 'succrescat proles, quae facta parentis augeat

et circa stet veneranda senem': cf. Borghesi opp. numism. I p. 413), cumque anno 729 vel 730 XVvir factus (cf. Tibulli II 5) adulescens octodecim fere annorum probabiliter statuatur a Lachmanno, iam paucis annis post iuvenis satis recte appellabatur. M. Hauptius obss. critt. p. 6 quod Merkelio (prol. ad Ibin p. 367 sqq.) recte adversatus 'multo posteriori tempori' quam Cornelii Galli 'carmen minime bonum ascribendum' esse iudicat quam definiat aetatem nescio. Leutschii opinionem in annall. phill. suppl. II a. 1833 p. 620 de tripode pronuntiatam, Hadriani temporibus Cirin propter periodorum rationem tribuendam esse refutatione indignam hodie esse duco. quod autem in scholiis Servianis Danielis ad ecl. VI 3 incerto auctore narratur 'alii Scyllam eum' (Vergilium) 'scribere coepisse dicunt, in quo libro Nisi et Minois regis Cretensium bellum describebat' vel fictum vel callide adhibitum ab eo qui supposito illustrissimi poetae nomine in fraudem vulgus allicere studuit. verus auctor mediocris nescio quis poeta fuit, qui despoliandis magnis auctoribus, Catullo maxime et Vergilio, vel sublevare sui inopiam ingenii vel inter vetera scripta locum libro suo comparare voluit. ceterum nomen auctoris frustra quaeres: Iulio Montano quidem quem 'vel imparibus numeris vel aequis '*sufficere* et gemino carmine nomen habere' dicit Ovidius ex Ponto IV 16, 11 sq., cave ne fraudem inputes, quia involaturum se esse Vergilio quaedam si et vocem posset et hypocrisin dixisse narratur in vita Suetoniana p. 61 R. obscuriorem fuisse putaverim, ac fortasse latuit inter 'iuvenes' illos, quorum quod inedita cura esset adpellandorum nil sibi iuris adesse professus est Ovidius v. 39 sq.

Narraverat (testibus Eustathio et scholiasta ad Dionysii Perieg. 430) eandem fabulam in metamorphosibus Parthenius poeta, qui Moreti quoque Graeci idyllii auctor fuisse traditur, nec improbabilem Meinekius anal. Alex. p. 273 dicit Heynii coniecturam, ad illius exemplum Latinum carmen compositum esse, quod fortasse hanc ipsam ob causam Vergilio ut alumno Parthenii tributum est. quamquam Callimachum quoque, a cuius imitatione utrum alienum non esse evincunt v. 351 sq., in αἴτια Scyllam ruisse ex Martialis X 4 concluditur (cf. Callimachi fr. inc. 184). Graeco auctori etiam Palaephati commemorationem (v. 88) deputaverim, sive ille poeta sive mirabilium scriptor intellegendus est. ceterum locorum et insularum quae v. 470 sqq.

commemorantur situm auctor poematii nostri parum cognovisse videtur. in eodem merito vituperavit Naekius Cat. p. 237 'longitudinem exordii, doctrinae ostentationem tam in disputatione de Scyllis, de Britomartide, quam geographicae eruditionis copias in carmine extremo, denique colloquii Scyllae cum nutrice et querelarum Scyllae, dum trahitur, longitudinem atque abundantiam, per quam fit ut actio ipsa, h. e. facinus Scyllae excidiumque Megarae, paucissimis absolvatur et quasi delitescat'. sed idem egregios in sermonibus Scyllae affectus et stili elegantiam multo maiorem quam in culice laudavit. quamquam vel in singulis sunt quae probari non possint: e. g. quod v. 84 'votorum avertere poenam' ausa dicitur quae debita mercede Venerem fraudavit, et v. 320 'candentes . . . canos'. de particularum usu alieno a consuetudine Vergiliana cf. Iacobum ad Prop. p. 165 sq. (in Silligii epimetro p. 143 sq.) et Hauptium obss. critt. p. 48

Nullum ex omnibus opusculis quotquot feruntur Vergilianis testimoniorum gravitate certius Maroni vindicatur quam *Culex*. cuius praeter annum originis argumentum etiam Suetonio auctore adumbrat Donatus in vita p. 58 R. tale quale nunc legimus versibus exornatum: 'culicem' (scripsit Vergilius), 'cum esset annorum XVI (XV *Sang.*), cuius materia talis est: pastor fatigatus aestu cum sub arbore condormisset et serpens ad illum proreperet e palude, culex provolavit atque inter duo tempora aculeum fixit pastori. at ille continuo culicem attrivit et serpentem interemit ac sepulchrum culici statuit et distichon fecit [413 sq.]'. nam quod somnium pastoris, visam culicis umbram eiusque querellas et Tartari descriptionem excerptor summam historiae spectans omisit, prudenti nemini dubitationem movebit. multo etiam brevius Focas v. 60 'hinc culicis tenui prolusit funera versu', in quibus *prolusit* verbum ut simile 'praeluserit' a Statio positum in praef. ad silvarum lib. I 'sed et culicem legimus et batrachomyomachiam etiam agnoscimus, nec quisquam est illustrium poetarum, qui non aliquid operibus suis stilo remissiore *praeluserit*' (coll. culicis v. 1. 3. 35) *prolusiones* quas Diomedes l. l. laudat Vergilii in memoriam revocat (cf. Naekius in Catone p. 224). novit poema eius culicem Lucanus, qui 'in praefatione quadam aetatem et initia sua cum Vergilio comparans ausus sit

dicere '*et quantum*[1]) *mihi restat ad culicem!*' (vita Suetoniana p. 50 R.) gloriatus nimirum se aliquanto ante illam aetatem qua culicem scripsisse Maronem constaret, grandius se opus vel plura fortasse confecisse. num legerit culicem nostrumque legerit non liquet. sed Statius cum in genethliaco Lucani post a. 90 scripto (silv. II 7), ubi singula eius carmina secundum annorum ordinem recenset, praecocis ingenii poetam non Iliacon tantum libros 'teneris adhuc in annis' (v. 54) et catachthonia et laudes Neronis et Orpheum et incendium urbis anni 64 scripsisse, sed etiam 'mox coepta generosiorem iuventa' (v. 64) Pharsalica bella detonavisse, haec autem omnia 'primo iuvenem sub aevo *ante annos culicis Maroniani*' (v. 73 sq.) cecinisse testetur aperta ad praefationem illam Lucani adlusione, aut nefarie mentitus et adulatus est aut non XVI, sed XXVI annorum iuvenem culicis fata cecinisse acceperat: et video Franciscum Oudinum quoque numerum apud Donatum eodem modo emendari voluisse. at hunc puerilem aetatem designavisse Focas probat, qui culicis memoriam ante Sironis disciplinam et primam adulescentis in urbem migrationem inseruit. alterum Statii, quo legisse se culicem profitetur, locum ex praefatione ad silvarum librum I supra exscripsimus. atque ut hic cum batrachomyomachia Homeri culicem composuit ita Martialis post duo epigrammata, quorum priore batrachomyomachiae (XIV 183), altero (184) Iliadis et Odysseae exemplar indicat, culicem his (185)

accipe facundi culicem, studiose, Maronis,
ne nucibus positis arma virumque legas.

et deinceps (186) tria opinor Vergilii opera uno volumine inclusa his describit:

quam brevis immensum cepit membrana Maronem!
ipsius voltus prima tabella gerit.

quibus docemur separatim a bucolicis georgicis et Aeneide culicis exemplaria Saturnalibus anni 90 vel 91 vel 92 (eo enim tempore Martialis librum XIV scriptum esse docuit Friedlaenderus) facta

[1]) *ecquantum* extitit qui emendari nuper iuberet in ann. philoll. 1866 p. 560, fortasse recte, sed necessarium esse nego. prosam orationem esse, non versuum frustula facilius credo.

esse et in tabernis bibliopolarum prostitisse. altero Martialis lo (VIII 56, 20)

> protinus Italiam concepit et arma virumque,
> qui modo vix culicem fleverat ore rudi

accuratius nihil edocemur: ubi acuminis causa culicem tam subi insecuta fuisse Aeneis dicitur. denique nostrum poema tamquai Vergilianum laudat Nonius p. 211, 26 v. labrusca, ubi v. 53 ac fertur: quodsi demonstrari posset hunc quoque titulum ut alic eiusdem generis multos (cf. M. Hertzii de A. Gellio et Nonio Mai cello dissertationis in annalibus Fleckeiseni a. 1862 insertae p. 78(ex Valerii Probi commentariis sumptum esse, haberemus Sueto nianae memoriae auctorem gravissimum.

Efficiuntur illis omnibus certa haec, tertio p. Chr. saecul nostrum culicem pro Vergiliano habitum esse; Suetonium in ex emplari suo cum argumentum universum poematis tum duos ulti mos versus eosdem repperisse, quos in nostris hodie legimus; ven ditata fuisse versus primi p. Chr. saeculi finem culicis exemplari a ceteris Maronis operibus separata, quem pro Vergiliano poemat habuerunt Martialis et Statius; notum fuisse Lucano adulescen vel adulescentulo lusum Maronis, non autem a puero, sed a iuven XXVI fere annorum ortum accepisse Statium et fortasse Lucanun

Ergo testimonia quamvis talia non sint, ut dubitandi de or gine poematis nostri vias omnes praecludant, tamen nisi gravissim argumentis evincatur, non posse Vergilium eius auctorem ess memoriae antiquae facilius quam recentiorum coniecturis fide habebimus. nam *Octavius* puer venerandus, cui lusus est ded catus, quis fuisse videatur supra significavimus, nec quidquam i toto prooemio inest, quod alium, velut Caesarem Octavianum, in tellegi suadeat. qui cum Octavii nomen deposuerit mense med Aprili a. 710, quamquam in epistulis Cicero retinet usque a Novembrem, falsa essent omnia quae apud Suetonium ceterosqu de inita multo post per Asinium Pollionem, Cornelium Gallui Maecenatem familiaritate inter poetam nostrum et Caesarem tr duntur, si puero etiam, quem in communi Epidii rhetoris scho viderat, iam ante annum 711 carmen tam malum praesertim d dicare ausus esset. quod illi fortasse etiam inter veteres si persuaserunt, qui anno 710 factum esse statuerunt ut Statiu quod si constaret, numquam crederem molestum et inops poen

quale nunc tenemus eiusdem hominis esse, qui duobus annis post elegantissimis idylliis novam poesis Latinae quasi aetatem inauspicatus est. contra puero ex schola grammaticorum et rhetorum recenti, cuius tardius quam aliorum ingenium maturuit, non video quid in culice non possit satis dignum videri. quam sententiam non labefactarunt, sed confirmaverunt etiam ex parte quae laudabili ceterum diligentia et Hertzbergius in versionis Germanicae praef. disputavit et nuperrime in Fleckeiseni annalibus philologicis anni 1866 p. 357 sqq. congessit Fridericus Baur, quorum uterque suppositum esse Vergilio carmen ante Lucani Martialis Statii tempora, h. e. ante Neronem statuit. quod ut refutari certis argumentis vix potest (nam potuisse decipi et deceptos alios illius aetatis homines esse quis neget?) ita quae ad persuadendum aptae sint causis demonstratum esse minime concedo.

Quid enim mirum si XVI annorum adulescentulus vocabulis quibusdam aut vocabulorum vel formis vel notionibus vel structuris usus est, quibus XII annis post maturum poetam abstinuisse videmus? quorum tamen magna pars ut Lucretii Catulli Ciceronis Varronis exemplis firmatur duritiem antiquioris aetatis prosae orationis ieiunitati similem redolet, alia si non Vergilii, at aliorum, velut Ovidii auctoritate satis defenduntur, alia emendatione potius quam censura castiganda, alia denique imperitiae et infantiae pueri condonanda sunt. iam vocabulorum, particularum etiam inopiam, fastidiosas quarundam vocum repetitiones, omnino uniformem et titubantem sermonem, sententias parum rotundas, male ligatas, scabras hic illic atque inpeditas, figuras quasdam, velut anaphoram, ultra modum invectas, pleonasmos, eruditionem mythologicam ambitiosius expositam, tamen in ipsa fabulosi apparatus copia neglectam de insepultis trans Stygiam paludem non vehendis legem, multa denique languida otiosa perversa ridicula adeo quis in tirone mirabitur? verum est semel (nam v. 202 sq. duplex est 'et Nox . . . et Vesper') post tria vocabula positam esse copulam *et* (v. 52), cuius licentiae in bucolicis ceterisque perfecti poetae operibus exempla desunt, sed Alexandrinorum, quorum studio nutriebantur illa aetate vates tenelli, insolentiam non repudiatam a Lucretio quidni pariter ac dirarum auctor et in epodis Horatius, qui post duo vocabula *et* inseruerunt (dir. 44 epod. 1, 23. 16, 40), et Tibullus, qui semel idem ausus est (I 2, 96), inexercitatus noster quoque adulescens semel audendo super-

gressus sit? idem quod numerorum leges alias, quae ad pedum temperamentum et caesuras maxime spectant, prorsus easdem secutus est quas in bucolicis Vergilius (cf. Hertzbergius p. 8 sqq.), alias prosodiacas de synaloepha admittenda et quae huius generis sunt in parvo epyllio religiosius quales a magistris acceperat servavit quam in eis carminibus quae graviore consilio elaboravit (cf. praeter Bauerum Hertzbergius p. 10 sq.), nihil probat quam emancipatum schola poetam sibi, non magistris paruisse, sententiarum atque orationis nitorem praetulisse mollitudini vocalium, denique ut fit labente tempore post XII annorum intervallum paulo alium factum esse. porro ambitiosius Bauerus conquisivit quae in culice ceterisque carminibus aliquid similitudinis referre videntur, ut probaret ex eclogis VI et II maxime, georgicon libri IV exitu et Aeneidis libro VI consarcinata in culice multa esse. quasi vero artis poeticae e Graecis auctoribus pendentis non certae quaedam dictionis colorum luminum imaginum fabularumque copiae fuissent, iam ab antiquioribus in aliorum usum comparatae, quasique abhorreret a probabilitate, vel maturum poetam in ponendo nemore prato grege vel pingenda universa re pastoricia vel in narranda Orphei fabula vel in Tartaro exornando quaedam ex iuvenilium studiorum copiis recollegisse, sed ita ut expoliret et emendando renovaret. nam haec ipsa argumenta, Orpheus et Eurydice et inferorum sedes adulescentibus potissimum decantata fuisse vel Lucani exemplum docere potest. integros autem in culice versus, quales in ciri leguntur, ex aliis carminibus repetitos vel alia quae hinc potissimum mutuatus esse culicis auctor evinci possit nusquam offendimus.

At *dirarum* neque Cato neque Vergilius auctor fuit, quas ortas esse anno 713 admodum probabilis Merkelii ad Ibin p. 364 coniectura est, cui Hauptius obs. crit. 47 et Lachmannus ad Lucr. IV 604 adstipulati sunt. sita autem fuerunt rura, quibus expulsus possessor vota inprecatur, ad litora maris (48 sqq. 58 sqq.), montibus altis a tergo cincta (13. 76. 88), ut ex octodecim oppidis, quae veteranis adsignata sunt (cf. Appiani b. c. IV 3), inter Ariminum Nuceriam Hipponium Rhegium (cf. v. 9) optio data sit. receptum autem carmen utrumque (nam recte Lydiam a diris separavit Fr. Iacobsius) in syllogen nostram, quia et tem-

re Vergilianis eclogis par et argumento dirarum certe a prima nona proxime nec nimis a bucolicon stilo abesse videbatur.

Propter solam denique stili Vergiliani imitationem quandam eris opusculis adiunctum videtur *Aetna* poema, quod certe neca cum epist. 79 scripsit nondum noverat. quod si legisset, ie ceteris carminibus, in quibus obiter Aetna descripta erat, davisset. nam praeter Vergilii Aeneida (III 570 sqq.) et Ovidii tamorphoses Cornelii Severi bellum Siculum significare videtur, ipse Lucilius, procurator Siciliae, Senecae amicus, peculiare Aetna poema tum scripturus erat, cum ille suadeat ut in carne suo (quo fortasse Siciliam universam enarrare decreverat) ic quoque sollemnem omnibus poetis locum *attingat.* ergo n intra annos 811 et 818 (57—64) Senecae epistulae scriptae t, Aetna poema quod extat post illud tempus, sed antequam etonius vitam Vergilii composuit, et scriptum et in syllogen tram receptum necesse est, siquidem recte creditur, Suetonium compilatorem eius Donatum Aetnam inter opuscula Vergiliana imeravisse. accuratius etiam terminum ante quem scriptum e probabile sit definivit nuperrime Munro, cuius recensio poetis his ipsis diebus, cum diu fuit postquam illa scripseram, toris doctissimi beneficio mihi transmissa est. cum enim Vuli quae anno p. Chr. 79 accidit eruptio a poeta curiosissimo, exemplis praecepta sua illustrare maxime studeat, nusquam nmemoretur, ante casum illum funestissimum poema ortum e optimo iure statuit (p. 35). atque idem posse Lucilium torem eius esse accuratius ac prudentius Wernsdorfio et Iao demonstravit (p. 32—37): certi nihil adfirmari posse quo itur sobrio iudicio vir doctissimus ipse fatetur.

Caput II.

De libris manuscriptis.

Haec igitur, de quibus Donatus et Servius testes sunt, antiqua aetate quasi appendix Vergiliana uno volumine comprehensa fuerunt. sed succrescente paulatim larga vilium carminum messe, quorum auctores obscuri essent, primum, ni fallor, integris et genuinis poetae operibus, bucolicis georgicis Aeneidi, praeter septem vel octo libellos quos supra perlustravimus addita sunt quae aliqua ratione ad res vel poesin Vergilii pertinerent, argumenta dico singulorum librorum metrica, epigrammata ad laudem illius a variis auctoribus composita, epitaphia, centones, in Maecenatis mortem elegi. deinde singularis probitatis et reconditae doctrinae qua excelluerit fama per ultimi aevi saecula mirum in modum adaucta scholasticorum versiculi plurimi quasi in communem sapientiae et artis thesaurum in Vergilianorum operum syllogen recepti sunt. cuius plenissimum quantum scio exemplar est codex *Helmstadiensis.*

Sed in bina volumina anticum illud corpus, Prisciani aetate recentius, videtur divisum fuisse, quo factum est, ut quae nobis tradita sunt exemplaria in duas quasi familias discedant, quarum alteri *Aetna ciris catalecta* praeter alia quaedam propria, alteri *culex dirae copa moretum* cum tribus aliis carminibus, scil. *de viro bono et prudente, de est et non monosyllabis, de rosis nascentibus et senescentibus* servata sunt. haec autem septem in eis codicibus, ubi sola extant, communi titulo inscripta leguntur hoc:

VIRGILII IVVENALIS LVDI LIBELLVS

vel simili. cuius generis codices novi hos praesertim: *Bembinum, Thuaneum, Petavianum, Vossianos V* et *l.* alterius familiae, cuius Aetna ciris catalecta cum aliis epigrammatis propria sunt, uberrimum exemplar est *Rehdigeranus.* in aliis miscellaneis libris ex utroque volumine corporis delecta modo haec modo illa, ex quibus pleniores *Vossianus Z* et *Harleianus* ex priore volumine pleraque deprompta habent, ex altero quaedam *Bruxellensis,* ex utroque singula *Cantabrigiensis.* iam singuli libri describendi sunt.

Helmstadiensis n. 332, nunc Guelferbytanus, chartaceus, forma octava, luculenter eadem manu perscriptus. insunt haec: colica. *Georgica.* his subscriptum *Lauſ deo* || *henricuſ hopf* e· ꝗ· e· (i. e. 1474). tum secuntur inde a folio 62 *Vir* ius *et prudens* e. q. s., *Est et non cuncti* e. q. s., *Ver erat blando* e. q. s. *culex.* huic ut aliis plerisque carminibus (in . 117. 119) subscriptum

1 e 7 ·0 (i. e. 1470)
0 ꝗenix
Czrnaho

:untur in fol. 71 *dirae,* 74 *moretum,* 76 *monte sub hoc la- lum* e. q. s., 77 *copa,* 77 *Ad mecenatem* (Burmanni an- ol. II 119 sq. Meyeri n. 109 sq.), 81 *De littera pithagore* urm. V 140, M. 1076, item in *R*), 81 *De etna monte,* 93 *De* rina, 103 *Catalepton* hoc ordine: *Vere rosa* e. q. s. (Burm. 84, M. 1697), *Ego haec ego arte* e. q. s. (B. VI 85, M. 1698), unc *ego iuvenes locum* e. q. s. (B. VI 86, M. 1699), tum catal. II. XII. XIII. VII. III. VIIII. X. XI. VIII. XIIII. IIII. V. VI nullo t spatio aut titulo inter se distincta. deinde *Vate Syracosio* q. s. (B. II 182, M. 834). fol. 108 *De etatibus animantum* sidion (B. V 142, M. 1078, item in *R*), *De rosis nascentibus* senescentibus (B III 292, M. 1023) nullo addito textu, *De yma- nibus in aqua* (B. V 101, M. 517, item in *RV*). fol. 109 *De* acie *et niue* (B. V 89, M. 505, item in *RV*), *De iri* (B. V 17, 469, item in *RV*), *De quattuor temporibus anni* (M. 492 sqq., em in *R*), *De sole* (B. V 2, M 457, item in *RV*). fol. 112 *Ar- mentum eneidos* (B. II 195 M. 409 sqq., item in *RV*), *De* gnis *caelestibus* (B. V 29, M. 481, item in *RV*), *De XII labo-* bus *herculis* (B. I 42, M. 598, item in *R*), *De orpheo* (B. I 36, M. 263, item in *RV*), *De fortuna* (B. III 104, M. 540, item *RV*), *De uenere et uino* (B. III 85, M. 535, item in *RV*), udes *hortuli* (B. III 51, M. 533, item in *RV*), *De liuore* (B. I 92, M. 534, item in *RV*), *De cantu sirenarum* (B. I 169, M. 77. item in *R*). fol. 117 *epitaphia uirgilii* (B. II 197, M. 421 sq., item in *V*), *epitaphia* (B. II 158, M. 397, item in *V*; B. 162 . 401; B. I 98 M. 1614). fol. 120 *liber centonis: iam primum* merasse *duces* e. q. s. deinde post varia carmina Christiana ol. 139 *argumenta Aeneidos* (B. II 190, M. 532). fol. 140 *Ae-* eis. fol. 334 *Mantua me genuit* e. q. s. (B. II 198, M. 98,

item in *Y*), *Nocte pluit tota* e. q. s. (B. II 68, M. 87), *Spern lucrum* e. q. s. (B. III 75, M. 445, item in *RY*). post subscriptionem hanc

·h· ·h·
ich wart der czeit
·e· ꝉ ·e· i. e. [1]47

secuntur *Titiron ac segetes* e. q. s. (B. II 198, M. 433), *Temporibus letis* e. q. s. (B. II 176, M. 869), *Iusserat hec rapi* e. q. s. (B. II 174, M. 222), *Ergone supremis* e. q. s. (B II 18 M. 858, item in *Y*). denique

⊙ FELIX.

iterum post Silligium contuli in eis dumtaxat quae hoc libr edenda curavi; signavi littera *H*.

Rehdigeranus (*R*), numero insignitus nullo, membranaceu in forma oblonga minori, nitidissime scriptus saec. XIV vel exeunte saec. XIII (cf. Queckii praef. Stat. p. V) foliis 135 per quiniones XIII et dimidium ita distributis, ut ultimum folium prorsu vacuum sit, paenultimum tres tantum versiculos et subscriptionen contineat, versibus in quaque pagina XXIV. in exemplari, und descriptus est, binae initiales cuiusque versiculi litterae videntu pictae fuisse, unde factum ut in *R* saepius et omissa prima e uncialis altera ab initio versuum littera sit.

Continet 1) *Statii silvas*, conlatas primum, sed parum accurate, a Schummelio in usum Ferd. Handii (cf. praef. ed. Handianae p. XXV et Queckianae p. V), tum in Silligii usum mag quamquam non satis accurate ab Aug. Wellauero (cf. Marklan Statius repetitus a Silligio praef. p. XXI sqq.). libri II ecl. v. 207 — 2, 35 omissos librarius idem in medio folio 23v calce silvarum fol. 85v et 86 addidit. pauca in hac codicis par manu recentiore in margine vel inter lineas addita.

2) *Cirin* inde a fol. 87r—98r.

3) P. MARONIS VIRGI · AETHNA INCIPIT inde a fol. 98r—111v hac subscriptione: P. M. VERGILII AETHNA EXPLICIT.

4) P. V. MARONIS. ELEGIA. INCIPIT (Burmanni anthol II 119 sq.) inde a fol. 111v—115v.

5) P. M. VIRGILII AD PVERVM

Parce puer si forte tuas sonus improbus aures e. q. s (versus 15) fol. 115v.

6) P. V. M. DE IMAGINE AQA DISTICON *Additur effigies liquida tuentis in unda* e. q. s. (Burm. V 101. M. 517) fol. 115^{v} et 116^{r}.

7) VIRGILII DE GLATIAE DISTICON (Burm. V 89. M. 505) fol. 116^{r} et 116^{v}.

8) *Virgilii de iride tristicon* (Burm. V 17, M. 469) fol. 116^{v}—117^{v}.

9) *P. M. Virgilii de quatuor temporibus anni. Perque nouum stabat cinctum florente corona* e. q. s. (Meyeri anth. 492—504) fol. 117^{v}—118^{v}.

10) *P. M. Vergilii de sole thetrasticon incipit* (Burm. V 2, M. 457) fol. 118^{v}—119^{v}.

11) ARGUMENTVM ÇNEIDOS VERGILII (Burm. II 195, M. 409—420), fol. 119^{v} — 121^{r}.

12) *De herculis certaminibus monostica* (Burm. I 42, M. 598). *Compressit nemeae* e. q. s. fol. 121^{r}.

13) *P. Vergilii de littera pythagore* (Burm. V 140, M. 1076), fol. 121$^{r\ et\ v}$.

14) *de uenere et vino* (Burmanni III 85, M. 535) fol. 121^{r}.

15) *P. Vergilii laudes hortuli* (Burm. III 51, M. 533) fol. 121^{v} 122^{r}.

16) *de liuore* (Burm. III 92, M. 534) fol. 122^{v} 123^{r}.

17) *de cantu syrenarum* (Burm. I 169, M. 277) fol. 123^{r}.

18) *de die festo carmẽ* (Burm. V 132, M. 531, item in *V*) fol. 123$^{r\ v}$.

19) *de fortuna* (Burm. III 104, M. 540, item in *H*) fol. 123^{v}.

20) *de Orpheo Vergilius* (Burm. I 136, M. 263) fol. 123^{v} 124^{r}.

21) *Vergilius de se ipso* (Burm. II 173, M. 254) fol. 124^{r}.

22) *de sibi inuidente* (Martialis IX 97) fol. 124.

23) *de aetatibus animalium ex hesiodo* (Burm. V 142, M. 1078) fol. 124^{v}.

24) *Vergilius de ludo* (Burm. III 75, M. 445) fol. 124^{v} 125^{r}.

25) *de erumnis herculis* (Burm. I 43, M. 583) fol. 125^{r}.

26) *Vergilii minor priapea* (Tibulli IV 14) '*Quid hoc noui est?*' e. q. s. fol. 125^{r}—126^{r}.

27) *Vẽgilii catalepton*
'*Vere rosa*' e. q. s. fol. 126^{r}—132^{r} eodem ordine quo sunt in *H*, nullis distincta aut spatiis aut titulis, nisi quod catal.

XIIII in fol. 130ʳ et picta ornatius littera initiali et spatio unius lineae post antecedentis catal. VII exitum relicto insigne est.

28) *Vergilius de caesare* (Burm. II 67, M. 757) fol. 132ʳ.

29) *de cornice disticon*

Tarpeio quondam consedit culmine cornix.
Est bene non potuit dicere: dixit erit.

30) *Vergilii disticon* (Burm. II 265, M. 853).

31) *de sue iuuene et serpente* (Meyeri 871. 873. 872).

32) *P. Vergilii de signis caelestibus.* (Burm. V 29, M. 481—491) fol. 132ʳ—133ᵛ.

33) *Musarum nomina* (Meyeri 618).

FINIS
DEO GRATIAS

contuli n. 2. 4: 27 notata, et signavi littera *R.*

Thuaneus, Parisiis in bibl. regia extans, num. signatus 8069 membr. saec. XI vel X. fuit Iacobi Aug. Thuani, postea Colbertinus. inesse Naekius Cat. p. 340 sq. refert haec:

1) *grammatica quaedam, maxime de figuris rhetoricis;*

2) *bucolica cum scholiis, georgica, Aeneidem;*

3) *sententias VII philosophorum;*

4) *De nobilitate ac die tempore nativi longitudineque temporum uitae P. Uirgilii Maronis Discipuli Epidii Oratoris Incipit.* (item in *B.*)

5) *Versus Ouidii* (Burm. II 192, M. 862, item in *B*). deinde in fol. 114ᵛ· praemissa inscriptione miniata hac: POETARVM SAPIENTISSIMI · PVBLII · VIRGILII · MARONIS · CONDISCIPVLI OCTAVIANI CESARIS · AVGVSTI · MVNDI IMPERATORIS · IVVENALIS LVDI LIBELLVS · INCIPIT · CVLEX · PVBLII · VIRGILII · MARONIS · INCIPIT · (cf. Naekius Cat. p. 344). post *culicem* secuntur *dirae, copa* (fol. 119ʳ·), *est et non, de institutione uiri boni, de rosis, Ammoretum* usque ad fol. 121ᵛ· (eodem ordine qui est in *B*). postea *epitaphia Virgilii tria* (cf. *H*), *Traiani imperatoris de bello parthico versus* 'et alii eiusmodi'. excerptas ex hoc codice lectiones Is. Vossius ascripsit margini appendicis Virgilianae quam Iosephus Scaliger Lugd. B. 1573 prodire iussit. ex quo exemplari servato in bibl. Leidensi (*cod. catal. bibl. Leid. XII. n.* 502) mihique liberalitate viri doctissimi du Rieu conservatoris codicum comiter transmisso quidquid enotavit Vossius in mea

chartas transcripsi. ipsum autem Thuaneum ab illo excerptum esse perspexit Naekius (Cat. p. 340 sq.). cum enim duorum codicum scripturas Vossius exemplari suo ascripserit, utrumque est ubi *MSS.* nota signaverit, alterum, Petavianum, satis perspicue modo *cod. Pet.* modo *Pet.* modo *P* appellavit, in altero designando notis utitur primo *V* vel *MS*, sed inde a. v. 24 culicis hac sola *V;* qui semel dicitur *V. C. Thuanoeus.* testatur autem Vossius subscriptionem illam, quam ex Thuaneo Naekii in usum descripsit Lassenus, reperiri in 'manuscriptis, quibuscum sequentia contulerit'. contulit autem Thuaneum ad culicem copam moretum diras aliaque anthologiae carmina enumerata a Naekio l. l., quorum pars vel in Helmstadiensi vel in Rehdigerano, pleraque in utroque leguntur (Burm. I 42. 136. II 195. III 51. 75. 85. 92. 104. V 2. 17. 29. 89. 101), sed alia Thuaneo sunt peculiaria (I 102. 141. II 159. 160. 161. 163—169. 185. 257 sq. III 268. V 3—13. 18—28. 30—39. 52—63. 84. 90—99. 102—112) partim illa (III 51. 85. 92. I 169) suis quodque auctoribus, Asmeno Vitali Vomano Euforbio recte adsignata, partim Vergilio ex inepta medii aevi superstitione tributa (cf. Naek. p. 226 sq). alio tempore alioque atramento ad Priapea idem Vossius ascripsit scripturas *V* siglo notatas, has ut alio ex codice sumptas esse suspicetur Naekius p. 341.

Culicis lectiones ex Thuaneo excerptas a Vossio ex huius exemplari supra laudato in suum transtulit Oudendorpius, quod ipsum quoque ex bibliotheca Leidensi ubi adservatur (*catal. bibl. Leid. Oudendorp. n.* 127, continens catalecta Virgilii et aliorum poetarum Latinorum veterum poematia cum commentariis Iosephi Scaligeri. Lugd. Bat. 1617) mihi translatum inspicere contigit (cf. Naekius p. 375). errasse Burmannum, qui *alterum Vossianum* quem dicit diversum a Thuaneo esse putaverit, nec Schraderi 'alterum Vossianum' aut Friesemanni 'Vossianum' alium esse, quamvis in transferendis ex hoc margine in illum lectionibus nonnulla per errorem mutata sint, satis demonstravit Naekius p. 342 sq. meum in usum, postquam excerpta illa in schedas meas transcripseram, accuratissimam culicis, copae, versiculorum de est et non, de institutione viri boni, de rosis, moreti denique collationem instituit W. Froehnerus, cuius ope cum diligentiam Vossii in longe plerisque confirmatam viderim, quaedam tamen addidi et tacite correxi. sed bis vel ter, ubi paulo gravior inter utrumque differentia

esset, Vossii quoque testimonium adposui, non quod diffiderem Froehnero, sed quia fortasse aut Petavianum aut alium nescio quem codicem ille his locis descripsit. Silligii testimonia et manca et minus fida in hoc ut in aliis libris saepe expertus sum. siglo usus sum *V*.

Petavianus, qui olim Parisiis fuit, ubi inspectus est anno 1646 a Nicolao Heinsio (syll. epist. Burm. III p. 168 sq. epist. ad Hoppium p. LIV), anno 1651 cum ceteris Petavianae bibliothecae libris, inter quos manuscripti quadraginta erant, Holmiam videtur translatus esse (syll. epist. p. 267. 602. 605 sq.), ubi tamen nunc neque hunc neque ullum Petavianorum codicum extare praefectus bibliothecae illius respondit rogatus mea gratia per collegam officiosissimum Theodorum Moebium. ergo nisi periit probabile est latere illum inter ceteros libros manuscriptos a Christina regina bibliothecae Vaticanae donatos. quorum catalogum confectum a Dudikio inter plus duo milia librorum etiam Vergilii exemplaria quaedam audio enumerare, sed non accuratius illa descripta. interim dum denuo investigatus erit, ex solo illo appendicis Scaligeranae exemplari cognosci potest, cuius margini Is. Vossius et huius et Thuanei lectiones adscripsit. qui cum Petaviano contulit *culicem copam* et epigrammata anthol. Burm. I 136. II 192. V 132. quae etiam in Thuaneo leguntur. sed cum eandem illam inscriptionem POETARVM e. q. s. quam ex Thuaneo supra descripsi, in hoc quoque isdem litteris legi testetur Vossius, satis probabilis Naekii (p. 339) coniectura est, ne cetera quidem, quae *iuvenalis ludi libello* continentur, defuisse. ac *diras* extare in eo diserte dicit Heinsius ad Ovidii epist. XIX 26, abesse tam ab hoc quam a Thuaneo *cirin* idem adfirmat in epist. ad Iac. Gronovium (in Burmanni epist. dedicatoria p. LIV). de aetate nihil constat, nisi quod 'veterrimum' appellat Heinsius ad Ovid. l. l. signavi littera *P*.

Ex eodem libro videntur excerpta esse quae Gronovius in adversaria intulit quae *in bibl. Leidensi inter Gronoviana* n. 127 servantur. pertinent enim ad *copam moretum culicem* et semper fere congruunt cum *P*. quae ubi commemoravi, siglo *t* a me praedita sunt.

Vossianus *cod. Lat. bibliothecae Leidensis Oct. n.* 81, *ex bibl. Is. Vossii* 265, membr. saec. XV nitide sed compendiis plurimis scriptus continet *Priapea* fol. 1—10, *Moretum* fol. 11—

13, *Rosas* fol. 13 sq., *Copam* fol. 14, *Est et non* fol. 14, *Virum bonum* fol. 15, *Culicem* fol. 15 sqq., *In Maecenatis obitum* fol. 23—26. secuntur fol. 27 *Petronius* (cf. Buecheleri praef. p. XX), fol. 54 *Catulli liber*, fol. 102 *Tibullus*, fol. 142—224 *Propertius*. scripti sunt in singulis paginis versus XXIX praeter unam, quae XXX habet. usurpavit et in emendationum libro saepius laudavit Schraderus (cf. Naekius p. 342. 240. 354). conlatum a me ipso, nisi quod saepe *e* pro *ae* vel *oe* positum et compendia pleraque praetermisi, littera *V* significavi.

Ex eadem *Is. Vossii* bibliotheca desumpto exemplari Aldinae Catalectorum editionis anni 1534 (cf. Naekius p. 418), nunc in universitatis *Leidensis* bibliotheca (n. 849. Cat. XIII) extanti Vossius in margine lectiones codicis *V* littera ab ipso signati adscripsit ad ultimos versus carminis *Tibulliani* IV 14, ad *catalecta, copam, rosas, diras, moretum,* carmina *anthol. Burm.* V 13 (item in *V*) 142 (item in *HR*) I 42 (item in *HRV*) III 51 (item in *HRV*). idem est hic liber, cuius scripturas ex Vossii notatis descripsi, atque quem 'chartaceum Vossii' Burmannus appellare solet, a Naekio p. 347 dictus 'Vossianus I.': ipse littera *Z* insignem esse volui, cui ubicumque Aldinae secundae notam (*α*) adposui, vel ubicumque idem de utroque testor, sciendum est, me de manuscripti textu coniecturam ex silentio Vossii fecisse.

Vaticanus 3252 membr. saec. IX altioris formae folia continet XXXII in quaternionibus IV, ita ut in foliis I—VIII quaeque pagina 36, in sequentibus 38 versus exhibeat. insunt haec:

fol. 1 '*Servius tractans in uirgilium haec dicit*' e. q. s.

fol. 2 '*De nobilitate ac die atque tempore Natiuitatis atque longitudine tēporis Uitae publii uirgilii maronis discipuli epidii oratoris incipit*' e. q. s.

'*Versus ouidii nasonis de uirgilio. Virgilius magus quantum concessit homero . . . praeposuisse tibi*'. (Burm. anthol. II 192, M. 862).

fol. 2 v. *Culex,*
- 8 r. *Dirae,*
- 10 v. *Copa,*
- 11 *Est et non. De institutione viri boni.*
- 12 *De Rosis nascentibus.*
Moretum.

his in fol. 14^r subscripta haec: *Septem Ioca Iuuenaliu Virgilii Finiunt.* fol. 14^v *Octauiani cęsaris augusti | uersus de laudanda ac | adfirmanda arte uirgilii | post mortem illius incipiunt.| Ergone supremis'* e. q. s. (Burm. II 184, M. 858).

fol. 15^r '*Carmen tetrasticon ouidii nasonis incipit. Qualis bucolicis . . . carmina ñra'* (B. II 189. M. 836).

Deinde litteris maiusculis '*Publii Virgilii | Maronis carmen bocolicon in quo | themocritum uicit | incipit feliciter | dramaticon MIC | TICON meliboeus tytirus'.* secuntur *bucolica* et *georgica* usque ad I 494.

In folio 1^r legitur:

Codex patricii Veneti Bernardi Bembi
Antiqssime antiquitatis Reliquię.

deinde post indicem:

Lusi di Virgilio di scrittura di mill' anni et fù del Bembo, in pergamena in foglio longo. Ful. Vrs.

Est enim hic codex una cum schedis Vergilii Vaticanis (*F*) et Terentio Bembino ex bibliotheca P. Bembi ad Fulvium Ursinum delatus, unde in bibliothecam Vaticanam devenit (cf. Naekius Cat. p. 336). contulit eum accuratissime anno 1864 Carolus Zangemeister, cuius insigni liberalitati et Ladevicus debet quas in Weidmannianae editionis a. 1866 margine selectas adposuit scripturas (littera *V* ab illo signatas) et ego integram quam exhibui discrepantiam a me littera *B* notatam. nec fugit acumen Zangemeisteri hunc ipsum esse quem in recensendo culice adhibuisset vel prae ceteris laudavisset Petrus Bembus. qui in dialogo *de culice Virgilii* (Opp. II p. 81 sqq. ed. Basil.) Pomponii Laeti persona usus librum laudat, qui 'truncus mutilatusque sit, quippe cui praeter *iuvenilis ludi libellum* et illos *bucolicorum sermones X* et *georgicorum primi libri partem* nihil omnino supersit. complecti autem 'ludum' eadem illa quae novimus septem carmina dicit *culicem diras copam, est non est* (immo *est et non*), *virum bonum, moretum rosas,* non inesse *Priapea* p. 83 diserte testatur. magni praeterea momenti est quod culicis v. 133, quem in suo codice vetustissimo non haberi narrat Bembus p. 95, etiam in nostri *B* textu desideratur. in quo reperiuntur praeterea plurimae Bembi scripturae quamvis magna ex parte non huius unius libri propriae, quas qui comparaverit non dubitabit

quin eum prae aliis in dialogo illo reddiderit. quod tamen p. 102 scripsit 'sed est, Hermolae, plane mirum, in his versibus (233—264) quam perverse multa legantur. nam praeter eos ubi de Belidibus poeta deque Ity mentionem fecit, hi ipsi de Alcestide ita sunt immutati spectanturque alia facie in reliquis libris ac visuntur in nostro, ut verear si librum illum tibi legendum agnoscendumque non praebuero, ne existimes haec me invenisse de meo', more aetatis illius nebulas bono Hermolao fraudulenter praetexuit ut emendationes suas, quarum pars nec Vaticano nec ullo alio libro confirmatur, codicis auctoritate niti persuaderet. nec uno codice usus est, quippe cuius textus praeter coniecturas multas omni fide destitutas cum aliis libris meis modo his modo illis congruat, ut praeter Vaticanum duos dumtaxat, alterum familiae ad quam ex meis *APY*, alterum eius, ad quam *HVl* pertinent, sed hunc saepius illo secutus esse videatur. nam ipse unum quod v. 407 edidit *Picris* ne in suo quidem illo ipso 'perveteri' legi fatetur p. 109 'ea pagellae parte consumpta delapsaque vetustate'. sed de nostri Vaticani iactura nihil adnotavit Zangemeisterus, contra in archetypo librorum *HV* mutilatum culicis finem fuisse certum fit omissis in utroque v. 412—414. ergo fides Bembo nulla habenda est, qui tamen qualem ediderit textum ut appareret, adscripsi in commentario critico scripturas eius, quae ubi nihil adnotavi congruunt cum libris et cum Aldina (*α*). quae autem in Vaticano codice recentiore manu correctoris inlata sunt, ad ipsum Bembum auctorem videntur referenda esse.

Codex *Harleianus* no. 2534 olim collegii Agenensis soc. Iesu *κειμήλιον* in catalogo dictus. insunt *bucolica, georgica, Aeneis, copa, est et non, vir bonus et sapiens* e. q. s., '*ver erat et blando*' e. q. s., *moretum, Tibulli* IV 14, *culicis* versus 1—93. refertur ad saeculi XIII initium. contulit culicis partem quae extat rogatus mea gratia a Guilelmo Wagnero benevolentissime vir reverendissimus E. R. Horton, M. A., Cantabrigiensis nuper, nunc Londinensis; unde Colbertino Silligii quarto fere geminum, h. e. exigui vel nullius pretii esse intellexi. siglo notavi *O*.

Vossianus n. 78 *catal. bibl. univ. Leidensis*, in papyro scriptus nescio qua aetate, nam ipse non vidi. descriptum esse ex editione vetusta Vicentinae a. 1479 simillima suspicatur Naekius p. 369 sqq. insunt autem praeter versiculos multos (e. c.

anthol. Burm. III 51. 85. 92. I 169. 136. II 173) Vergilii et opera et quae eius nomine circumferuntur opuscula omnia. huius scripturas ab *Oudendorpio* in exemplaris supra laudati margine ad *catalecta* enotatas hac addita praemonitione: 'hic incipit in Ms. Virg. Vossiano Chart. Fol. N. 78 pub. Virg. Mar. Catalecton priapus loquitur' descripsi et quoniam pauca saltem nova praebent littera *X* signatas apparatui meo adhibui. *Vossianum II* (ut Naekio appellatur) hic illic laudavi, ubi vel discreparent testimonia Oudendorpii et Naekii vel omissa ab illo essent quae alicuius momenti esse viderentur.

Vossianus cod. Lat. bibl. Leid. Oct. n. 96 chartaceus, forma minima saec. XV neglegenter et properanter compendiis adhibitis plurimis scriptus haec continet:

fol. 1^r^ *Ovidii medicam. fac.* 70—100, postea in folio 9 secuntur v. 34—69.
- 1^v^ *Ovidii amor.* II 15.
- 3^v^ *De medicamine aurium. Nec tibi displiceat quod sum sic corpore paruus* e. q. s.
- 4^r^ *ouidii de cuculo* (Burm. V 70).
- 5^v^ *ouidii de philomela* (Mey. 233).
- 6^v^ *ouidii de pulice. Parve pulex sed amara lues* e. q. s.
- 7^v^ *ouidii de ludo scacchorum. Qui cupis egregium scacchorum discere ludum* e. q. s.
- 8^r^ *Hic incipiunt opuscula P. Maronis. Elego carmine Incipit mecenas uirgilii* (Burm. III 119 sq.). subscriptio: *finit elegia uirgilii maronis in mecena inuēta ab HENOC in dacia.* (eadem subscripta in Vaticano 3269 chart. scripto manu Pomponii Laeti, de quo disseruit Tycho Mommsen mus. Rhen. VI 626 sqq. cf. praeterea quae M. Hauptius ad epicedium Drusi p. 30 sq. disputavit.)
- 15^v^ *Copa.*
- 17^r^ *Est et Non.*
- 17^v^ *De uiro sapienti.*
- 19 *Culex.*
- 31^r^ *Moreti* v. 1—4

ceteris in hac pagina lineis vacuis relictis. in versa sequitur *Phocae grammatici praefatio artis* per tres paginas perscripta,

tum post vacua folia duo et dimidium secuntur recentiorum poetarum carmina varia.

In culice post v. 41. 57. 78. 93. 103. 156 singulorum versiculorum spatia relicta. ipse contuli quae ad consilium meum pertinerent et littera notavi *l*. ceterum cf. Naekius p. 353 sq. ex Heynii libris huic simillimus est Koelerianus.

Cantabrigiensis no. 2076. Kk. v. 34, descriptus in catalogo mss. univ. Cantabr. III p. 703—706 et in mus. Rhen. I 135 sq. (quibus addenda quae M. Hauptius in lectionum Berolinensium aest. 1854 indice p. 2 monuit), nuperrime vero ab Aetnae editore recentissimo H. A. I. Munro p. 29 sq. continet post commentum quoddam paucorum versuum *de parabola filii deperditi duodecim carmina Ausonii,* tum '*versus L de quodam superbo*' medii aevi, *elegiam de deo et natura* aevi Christiani, '*res Rufini de ponderibus et mensuris*' (v. 1—162), inde a folio 20 *culicem, Aetnam* denique hac inscriptione: P̄·VIRGILII MARONIS AETHNA INCIPIT.

Membranaceus est, in 4⁰ maiori foliis 47 scriptus saeculo IX vel X eadem manu, litteris admodum perspicuis, non continua scriptione, sed accuratissime plerumque divisis verbis singulis, nisi quod voculae quaedam, praepositiones maxime et particulae, vicinis vocabulis adiunctae sunt (e. g. *qui* v. 239. *quod* 410. *cum* 69. 345. *ut* 2. 91. 214. *si* 57. *seu* 345. *et* 12. 19. 23. 36. 38. 43. 45. 51. 58. 76. 88. 98 etc. *ne* 140. *non* 26. 29. 63. 85. 94. 98. 143. *cum* (praep.) 73. *ad* 40. 44. 50. 141. 155. 161. 166. 176 etc. *in* 41. 64. 97. 102. 107. 112. 114. 121. 155. 157 etc. *de* 299. 395. *e* 44. 48. 146. 212. *a* 67. 300. *ab* 201. 260. 375. *per* 136. *inter* 230). compendia scripturae paucissima, maxime litterae *m;* diphthongus *ae* plene perscripta; erasum nihil, correcta non multa manu quidem paulo diversa, tenuiore scilicet, sed eiusdem aetatis et ductus.

Culicis textus paginas 22 occupat ita, ut cum in prima pagina titulus poematis cum quinque versibus primis legatur, sequentia decem folia vicenos in quaque pagina, ultima denique pagina novem cum subscriptione contineat. conlatum accuratissime ad hunc librum poema intercedente peramice mea gratia Guilelmo Wagnero debeo diligentiae ac liberalitati viri doctissimi H. A. I. Munro, Cantabrigiensis. notavi siglo *C*.

Codicem miscellaneum *Bruxellensem* (*B*) catal. n. 10615—10729 descripserunt Pertzius Archiv. VII (1839) p. 1004 sq. et Baro de Reiffenberg tam in nuntiorum academiae Belgicae (bulletins de l'académie royale de Belgique) vol. VIII part. 2 p. 247—268 quam in bibliothecae regiae annuario (annuaire de la bibliothèque royale de Belgique) anno 1843 p. 51 sqq. praeterea mentionem eius fecit Theodorus Olearius in mus. Rhen. a Welckero et Ritschelio editi vol. I p. 302 sqq. continet autem liber membranaceus folia formae minoris 231 binis columnis divisa, saeculo XII non antiquiora. in ea parte quae numeris 10675 et 10676 insignis est, inde a folio 71 leguntur *Ciris* vv. 458—541, tum epigrammata tria quae in Burmanni anthol. Latina extant VI 84. 85. 86, deinde *Catalecta* hoc ordine: I. II. XII. XIII. VII. III. VIIII. X. XI. VIII. XIIII. IIII. V. VI; secuntur epigr. Burm. II 182 ('*vate Syracusio*'), *Tibulli* IV 14, *in Maecenatis obitum elegia* (Burm. anthol. II 119 sq.), et numero 10677 in catalogo notatum fragmentum hoc titulo '*P. Annii Flori Vergilius orator an poeta incipit*', quod in mus. Rhen. l. l. publici iuris fecit Olearius. varias inde scripturas quasdam ciris M. Hauptius in academiae Berolinensis relatt. menstruis anni 1858 p. 659 sqq. et catalecton in prooemiis ind. lectionum Berol. 1858/9 et 185 communicavit. meum in usum Augustus Scheler, privatae regi Belgici bibliothecae praefectus, contulit cirin, catalecta cum Priapeis quae antecedunt tribus, et elegias duas in Maecenatis obitum.

In *Moreto* praeter eos quos commemoravi libros in promtu fuerunt hi:

codex *Parisinus* 7989 bombycinus saec. XV, qui *Regius* a Silligio dicitur (cf. Buecheleri in Petronium prolegg. p. XV) exhibet post cenam Trimalchionis p. 229—232 *Moretum*, cui collationem Silligiana aliquanto accuratiorem debeo Guil. Froehneri liberalitati. notavi littera *p*.

Vindobonenses duo, n. 134 (Endlich. N. CXXX) membr. saec. XI, et 3108 (Endlich. N. CXXIX) chart. saec. XV, contulit diligentissime ab Emanuele Hoffmanno, professore Vindobonensi. litteris notavi illum *S*, hunc *T*.

Praeterea in *Copa* per liberalitatem Caroli Halmii uti etiam contigit collatione *Monacensium* codicum *quattuor* facta accu-

ratissime a G. Taubmanno; qui in catalogo bibliothecae Monacensis sic distinguuntur:

1) Clm 21562 (Weihensteph. 62) saec. XI–XII, notatus a me littera *W*;
2) Clm 18059 (Tegerns. 59, alte sign. X 21. 1) saec. XII (*T*);
3) Clm 305 saec. XI–XII (*M*);
4) Clm 261 saec. XV (*R*).

ceterum cf. de his Silligianae editionis addenda p. 337 sq., unde *Moreti* lectiones ex tribus prioribus enotatas a Ludovico de Ian sumpsi. *Dirarum* scripturas varias ex *TW* excerptas L. Schopenus in Catonis Naekiani praef. p. VI sqq. exposuit.

In *Ciri* propter paucitatem codicum non dedignatus sum lectiones adscribere *Vaticani* 3255 membr. saec. XV, quas rogatu meo Hugo Hinckius accuratissime excerpsit. scriptum esse manu Pomponii Laeti testatur in folio praefixo Fulvius Ursinus. insunt autem

fol. 1—47[a] *georgica* cum scholiis
- 47[b]—56[a] *culex*
- 56[a]—67[b] *Cyris*
- 67[b]—70[a] *Moretum* (sine titulo)
- 70[a]—74[a] *Dirae*
- 74[a–b] *Copa*
- 74[b]—75[b] *Est non est*
- 75[b]—76[a] *Vir bonus. epigramma ad Caes. Aug. epitaphium balistae latronis. Priapi querela*
- 76[b]—78[a] *Iul. Pomponii de vita P. Virg. Maronis succincta collectio*
- 78[a]—79[a] *Octavii Caesaris Aug. post mortem P. Virg. Maronis Aeneidos commendatio ac approbatio.*
- 79[a]—80[a] *Epigrammata*
- 80[a–b] *P. Eurialo suo idem Aemilino*
- 81[a]—94[a] *Aetna*
- 94[b]—98[a] *Mecaenas* cum scholiis
- 98[a]—100 *de musis; commendatio sui hortuli; rosae vernae laudantur.*

siglum addidi *L.*

Aegre carui in *culice florilegio Parisino* (cod. Nostradamensi n. 188 membr. saec. XIII), in quo cum aliorum carminum tum

huius excerpta leguntur: cf. Bursianus ad Senecam praef. p. XVIIII, Buechelerus praef. ad Petron. p. XXVI.

Inpressa exemplaria vetusta, de quibus copiose Naekius in l. l. disseruit, paucissimis quibusdam locis, quibus de auctoritate scripturae minus certo constaret, vellem consulere licuisset. sed succurrit ex parte desiderio Hinckius meus, qui et *Mutinensem* editionem anni 1475 et *Aldinam priorem* a. 1517 mea gratia passim, ubi operae pretium esset, inspexit. mihimet vulgati textus fontes duo patuerunt, principis editionis Romanae apographum Basileense et Aldina secunda. de quibus pauca etiam monenda sunt.

ε = codex *Basileensis* chartaceus saec. XV, a domino Iohanne de Lapide donatus cathedrali Basileensi, accurate descriptus a Naekio Cat. p. 365 sqq. post Io. Andreae episcopi Aleriensis epistulas duas in primam et in secundam Virgilii impressionem ad Paulum II pontif. max. datas vitam Virgilii, epigrammata quaedam et argumenta XII Aeneidos secuntur *culex, dirae, copa, est et non est, vir bonus, rosae, moretum;* deinde post alia epigrammata quaedam *bucolica georgica Aeneis* cum libro XIII a Mapheo addito. manu altera multo minus pulchra praeter alia quae his adnexa sunt scriptae *de Maecenate elegiae,* deinde *Aetna, ciris, catalecton.* descriptum esse hunc codicem 'aut totum aut longe maximam partem' ex *editione Romana altera* a. 1471 et Orellius Silligium docuit et demonstravit Naekius (cf. p. 367 et 380), quamquam sunt quaedam inter hanc et exemplar Basileense differentiae, quae non possint librarii neglegentiae tribui. in *culice* unum tantummodo exemplar ms. parum illud emendatum sibi in promtu fuisse narrat episcopus. quae accesserunt in altera ed. Romana *Aetna ciris catalecta* ex codice quodam Pomponii Laeti mutilo in fine lectuque difficillimo vel hic illic laeso etiam descripta sunt. unde factum ut hemistichia aliquot omissa sint. *catalecta* eodem ordine ut in ceteris codicibus nostris perscripta sunt, sed deficiunt inde a IIII v. 3, ut desint IIII 3 sqq. V. VI. subscriptum *P. Virgilii Maronis Catalecton desinit* litteris miniatis eisdem quibus ceteri in priore codicis parte tituli ornati sunt, cum in altera atramento inscriptiones factae sint.

Editionibus vetustis cum prorsus carerem, hunc quasi vicarium omnium quotquot *Aldinam alteram* (α) antecedunt contuli ipse. Hanc anno 1534 expressam (cf. Naekius Cat 418) adhibui, quia 'collatis pluribus .. exemplaribus' emendatum a se textum esse in praefatione Aldus testatur. qui cum in epistula ad Bembum Virgilio anni 1514 praeposita promittat se lusus Virgilii quos ille habeat correctissimos tum editurum esse si eos acceperit, probabile est Bembi et codice et emendationibus usum esse, ut, ubicumque convenit inter α et Bembum nullo praeterea libro manuscripto adstipulante, Bembi videatur coniectura esse. a quo aliis quidem locis recedens α modo *B* codicem pressius modo alium sequitur, velut cum *l* et *H* et *V* nostris saepius congruit, alia autem satis multa ex ϵ repetiit. quaedam denique, nisi forte ex incognitis mihi exemplaribus sumpta, ipsi propria sunt. scripturas eius (praetermissis minutiis quibusdam orthographicis) integras enotavi, utque appareret quae inter hunc et Bembum ratio intercederet ea quoque indicavi, quae apud hunc diversa leguntur. ubicumque tacui, cum textu meo illos vel illorum alterumutrum consentire sciendum est.

Caput III.

De emendandi textus rationibus.

Iam quae inter hos et ceteros codices rationes intercedant breviter dicendum est. ac primum cognatos esse apparet eos, qui *iuvenilis* sive *iuvenalis ludi libellum* eodem vel simili titulo complectuntur, ex nostris *BPV*, praeterea *Colbertinos I* (*A*) n. 7927 saec. X (cf. Silligius p. 22. 47) et *III* (*F*) n. 8205 saec. XV (quem Parisinum IV dicit Naekius p. 223. 344 sq.), *Mediceum* plut. 33 cod. 31 saec. XIV (cf. Naekius p. 344), *Augustanum* membr. Naekii (p. 356 sqq.), qui aetatem eius non definivit, praestantiam magnis laudibus extulit; denique 'vetus' exemplar manuscriptum Scaligeri, sive *Pithoeanum* fuit sive aliud.

Huius tamen sylloges singulas per eclogas qui perlustraverit varias lectiones, ne ceteros quidem libros reperiet ex longe diverso fonte originem cepisse. quod in *culice*, ne de transpositis versibus dicam, clarissime demonstratur communium vitiorum sive monstrorum, lacunarum, interpolationum (cf. v. 26. 281. 319) multitudine, cuius permagna pars compendiis scripturae male intellectis (cf. v. 50. 66. 95. 119. 132. 155. 168. 170. 246. 247. 262. 272. 307. 311. 314. 315. 319. 342. 366), alia litterarum obscuritate videtur orta esse: ut archetypum elementis capitalibus cursivis qualia nuper in prolegomenis descripsi satis neglegenter exaratum ac temporis iniuria sat multis locis vel obscuratum vel adeo imminutum fuisse suspicer. unde cum nostra exemplaria omnia varias per vices descripta sint, et vario modo hic modo illic consensu varia vides coniungi nec ullum fere aut vitiis suis peculiaribus aut virtutibus quibusdam carere. sed paulo saepius quam cum aliis inter se congruunt ab altera parte *ABCEPY*, ab altera *HVl*, qui ipsi quoque paulo magis quam illi interpolationibus vel pravis coniecturis inquinati sunt, quamquam neque illorum ullus immunis huius labis est nec horum ope ad corrigendum textum careri potest.

In emendatione culicis quae post M. Hauptium ipse conatus sum in mus. Rhen. XVIII 100 sqq. olim defendi. pauca secundis curis mihi subnata sunt: e. g. in restituendis versibus 35 sqq. religiosius quam in proecdosi secutus sum codicum optimorum testimonia (in archetypo fuisse videtur $\overset{per}{decurrere}$, unde factum *ꝑdecurrere*); v. 170 Aldi scriptura (*et fert*) monitus verbum *ecfert* ex librorum litteris *etfe* elicui. non omni ex parte mihi satis faciunt quae v. 318 proposui, sed verum in libro *V* fidelius quam in ceteris omnibus servatum esse non dubito. eidem credidi in v. 330 et quamvis inusitatum *generamen* vocabulum commendanti v. 334, quod tamen ad *germen* et *semen* nominum similitudinem auderi aliquando a tali praesertim versificatore poterat. certe quod optimorum librorum consensu adeo confirmatur, alia coniectura recepta obfucare nolui: nam deteriorum quoque (*Hl*) corruptelae ortae videntur ex glossemate *generatus* cum genuina *generamen* forma per librariorum stuporem variis modis conflato. item in v. 357 codici *V* nunc obtemperare malui quam admodum dubiam *navīfraga* vocabuli prosodiam, cui Vergilianum 'na-

vifragum Scylaceum' et Ovidianum 'navifragumque fretum' adversatur, sine certa librorum auctoritate propagare. atque eiusdem *V* virtus praeter v. 5. 193. 210. 236. 249. 265. 340. 343. 399 maxime v. 332 eminet, ubi solus egregiae Schraderi emendationi fundamentum struxit.

Communia in *Moreto* omnibus libris vitia sunt v. 8 *fumus,* 46 *transversat durata,* 66 *regula,* 71 *apte,* versus 77 lacuna, v. 80 *notis,* et compendiis scriptum fuisse archetypum maxime v. 96 probatur, ubi *gramine* ex *germine* factum. in duas familias separantur codices v. 13, quarum antiquior et integrior quamvis corrupta praebet *sed lux fulgore recedit,* recentior et interpolata *tenebrae fulgore recedunt.* ad illam ex nostris pertinent *BSY,* quibus ex Silligianis *AEOabc,* praeterea Colbertinus quartus, Regii primus et quartus, Thuaneus alter, Tellerianus, Lipsiensis accedunt, nec non Colbertinus secundus et Regius tertius, quamquam ille *recedere,* hic *recessit* habet. alterius familiae correctoris arbitrio adfectae sunt *HTVZp* et ex Silligianis Carcavianus, Balluzianus, Dresdensis. item librorum *HVZp* communis est v. 75, et in eisdem v. 31 intrusum legitur *haec.* inter quos tamen paulo sincerior esse cognoscitur *V* omissis v. 36, quo *HTZp* et deterrimi quidam Silligiani inquinati sunt, et emblemate post v. 73. item cum optimis vera servavit v. 73. 74 et cum solo *B* v. 94 *cortice.* sed idem pravis coniecturis solus indulget v. 42 *colatur,* 58 *sale,* 96 *abdicat.*

Ceterum correctorum opera luculento exemplo cognoscitur v. 77, cuius perierat aliquo casu hemistichium prius, alterum sic videtur in archetypo traditum fuisse:

quae
crescit in acumine radix

sive in margine *quae* adscriptum fuit. hinc orta lectio librorum ab altera parte *ABY Quae crescit in acumine radit,* ab altera *OSabc Crescitq; in acumina radix.* sed illas quoque versus reliquias non in textu archetypi insertas, sed in margine puto adiectas fuisse. iam correctores extituerunt duo, quorum alter supplevit ut in *T et in mg. B Plurima crescit ibi surgitque in acumina radix,* alter ut in *HV* v. 77 legitur *Plurimaque*

in terram detrudit acumina radix (nihil enim huc facit turbatus verborum in *V* ordo). sed illa quae *Bmg. T* praebent in *Zp* falso loco (post v. 73) in textum inlata, utrumque denique, alterum post v. 73, alterum suo loco ex duobus ni fallor exemplaribus recepit codicis *H* auctor.

Duplicis coniecturae in obscuratis aliquo casu archetypi litteris factae memoria etiam v. 60 tradita est, ubi priori familiae *ABY* libris maxime repraesentatae proprium est v. 60 *aeris,* ceteris praeter *E* omnibus *heros:* quorum neutrum placet. nam *heroem* appellari hunc homuncionem non festivum, sed ineptum et ridiculum est, quo nomine ne per ironiam quidem cur rideatur perspicio. parsimoniam autem rustici si laudare voluit poeta, non *providum,* sed *parcum* aeris dicere debebat. qui cum provideat ut cereri escas iungat, non ut reculam augeat, simplex et aptum per se *herbis* est, cuius vocis reliquiae in utraque codicum scriptura latent. sed tam otiosus et repetitis ex v. 54 languidus totus versus est, ut quotienscumque relego huius idyllii elegantia indignum habeam. ergo uncis inclusi.

Ortos autem esse et *EHZp* et *FO,* sed diversa stirpe ex codice simili nostro *B* docet v. 73: nam omissa in *B* a librario particula *que* deest in illis quoque, sed is qui exemplarium *FO* archetypum communem scripsit, simplex homo, sequentia quae non adsecutus esset (*inilae* in illo pro *inulae* scriptum fuit) depingens ut potuit *milae* effecit, ingeniosior librorum *EHZp* auctor et numeris et sententiae mederi conatus est emendando *uiolae.* ut suspicer in communi omnium archetypo sic extitisse:

que u
maluae inilaeque

nec ullus vel in optimis codicibus nostris est, qui non aliquando in pravis lectionibus a correctore archetypi ortis consentiat cum deterioribus, quamquam ceteris multo rarius in hoc genere *BY* peccant et omnium rarissime *B.* de *BY* cf. v. 39, de *Y* v. 31. 34. ex *Vindobonensibus* ut antiquior ita purior est *S* quam *T,* et ex alterius familiae codicibus saepius conspirat cum *V,* proxime vero cognatus est Silligianorum *FOabc* ortusque ut *Fabc* ex codice qui 25 in quaque pagina versus habebat (cf. v. 31). sed fidem hi (*FOSabc*), quam olim in quaestt. Catull. p. 49 haberi iussit Hauptius, raro (v. 39) merentur, quos temerariis coniecturis

interpolatos esse doceant exempla v. 17 *petebat,* 22 *tergore,* 34 *pectora,* 47 *gremio,* quae omnia in deteriore familia redeunt, tum 72 *locus,* 74 *tepentia,* 83 *vacua mercede,* et quae propria sunt libris *Sabc* v. 38 *bullire,* v. 105 *singula,* soli *O* v. 68 *vel si.* nec his magis sincerus est *E* codex, qui cum saepe deteriorum librorum socius sit (v. 18. 23. 40. 58. 62. 65), pauca ex eis quae singularia habet felici correctoris acumini magis quam certae memoriae debere videtur: nam verum habeo v. 15 *casulae* et 41 *ac* (cf. praeterea v. 48).

Talia autem ne in eis quidem desunt, quos interpolatos esse saepius monui. et coniuncti *EFHOSabcp* facili, sed bona emendatione in v. 81 praestant *umero* vel *humero,* quod leviter corruptum in *AY* ac fortasse in *B* quoque (*humore*), temeraria coniectura depravatum est in *TVεα* et manu rec. in *B.* tum praeferendam duco alteram familiam priori in v. 43, nam proprie *emundari* dicuntur quae sordida sunt, tropice velut mores scripta alia *emendari;* item vera sunt v. 45 *admixtos tum fontis,* v. 121 *iam famis.* Gudianum et *HZp,* a quibus non multum abest *V,* secutus sum v. 120 probando *lotis recipit,* quod minutissima quaeque pingendi studio, quo ecloga nostra insignis est, melius convenit quam *laetus recipit* sive *recipit laetus,* ubi additum *manibus* plane otiosum est. solis *Zp,* quibus *H* proxime accedit, v. 66 debetur *illud;* item *HZp* v. 15 habent *claui.*

In *Copa* cum priore familia (*ABPY*) congruunt plerumque et *Monacenses* (*Ψ*) et *H,* ad alteram (*VZl*) pertinet Gudianus (*G.*) sed utra prae altera dignior fide sit, difficile dictu est. meliora quidem quam *VZl* dubium non est quin ab altera parte praebeant *ABHPYΨ* v. 7 (*topia*), 12 (*violae* et *corollae*), 25 (*calybita*), *ABPYΨ* v. 26 (*Vestae*), *ABPY* v. 31 (*heia*), *ABPΨ* v. 11 (*defusa*); *HΨ* v. 3 (*fumosa*): eidem soli commentatorem experti sunt v. 26 (*deliciae*). denique v. 28 ipsi librorum *ABPY* corruptelae *uere in* tutius credemus quam facili lectioni, quae tamen coniecturae suspicione non caret, *etiam in,* ut in *GVZl* extat: illius autem non video probabiliorem emendationem quam quae recepta in *Ψ* latet in *H* quoque *uaria in.* sed praestant *GVZΨl* v. 25 (*huc*), *GVZl* v. 12 (*et Cecropio*) et 18 (*autumnalis — deae*), *GZl* v. 8 (*trichila*), *GZ* v. 22 (*pendens*), nec desunt exempla ubi

vel soli *G* verum debeatur: v. 6 (*viduo*), 9 (*est*), ut *Contiano* v. 7 *calybae*, *Colbertino* tertio v. 29 *te* pro intruso in ceteris *nunc*. atque idem *G* cum *Y* solus servavit v. 10 *sonans,* congruuntque cum *Y* solo in genuina scriptura *chrystallo* v. 30 ipsi *VZl*. quorum exemplorum nullo clarius demonstratur duplicem scripturam in archetypo haud paucis locis fuisse, quam v. 13, ubi *etiam croceo uiolae de flore corollae* cum praebeant *ABHPYΨ*, *et cecropio uinctae de flore coronae GVZl* (nam minutas discrepantias hic non curo), ex utraque familia quod aptum sit *et cecropio violae de flore corollae* eligendum est. compendium scripturae v. 8, cuius vestigium produnt *BGPVYl,* duplici modo solutum procreavit *umbrosis* in *HΨ*, *umbriferis* in *Z*, bonum per se utrumque, sed illud praetuli ut paulo numerosius. sono commodiore etiam v. 12 *est crepitans* quamvis solis *Vl* traditum magis placuit quam *est strepitans:* per sententiam utrumque licebat. diu dubitavi quomodo constituerem v. 15 sq. ubi concinnitas quattuor inde a v. 13 distichorum aequabile *sunt et* flagitare videtur initium solis *GZ* commendatum; ergo ex eisdem recipiendum *quae niueis,* quamvis fuerit cum *uimineis* scripturae simplicitas praeplaceret, qua semel corrupta ut in *V* (ubi *emineis* legitur) poterat illud coniectura nasci. sed potest *uimineis* ortum esse ex vocabuli *virgineo,* quod in antecedentis versus loco parili collocatum est, syllaba priore perperam repetita et cum *niveis* voce confusa. mixtam ex utraque memoria scripturam reperimus in *Vl,* quorum uterque v. 15 *sunt quae* habent, at v. 16 ille *emineis*, hic *quę iuuenis* praebendo in diversa discedunt. versu 17 quoque *sirpea* ut in *GVZ* extat recipere malet quam ceterorum *iuncea,* qui v. 22 comparaverit, ut v. 25 *lassus* ex *AHYΨ* rectius quam ex *VZl fessus* repetitum v. 31 recipitur; et versu primo probabilius est ex *Graia,* quod in *VZl* legitur, a glossatore *Graeca* factum esse quam vice versa.

Ergo non tam auctoritatem testium, quorum integer atque incorruptus nullus est, quam rationem et artis elegantiam in constituendo huius elegiae textu sequi debebimus. communem autem omnium exemplarium meorum originem demonstrat mutata vocalis *I* in *E* v. 5 (*abisse*), littera *B* in *D* v. 28 (*saepe*), ubi soli *Colbertinus* IV et *Gaibacensis* luculentiorem scripturam exhibent, terminata vox v. 33 littera *M* pro *S* (*formosus*) in recentioribus paucis reposita, v. 36 *ista* in omnibus obvium; denique turbatus

verborum ordo in v. 24 felici coniectura a *Colbertini* quarti correctore restitutus et transpositi v. 21 sq. et 19 sq.

Exigua ad *cirin* recensendam auxilia manuscriptorum librorum praesto sunt, qui autem extant paucissimos et praeter Bruxellensem, in quo extrema tantum pars servata est, recentissimos ex eodem omnes fonte parum illo vel emendate vel perspicue scripto fluxisse multitudo locorum demonstrat eodem vel simillimo modo in omnibus exemplaribus nostris corruptorum (cf. v. 4 sq. 12. 14. 48. 53. 66. 67. 84. 86. 87. 88. 90. 92. 94. 96. 112. 118. 119 ubi lenem Heinsii medelam non amplius spernendam esse mihi persuasi, 128. 129. 132. 135. 140 sq., 143. 168 sq. 175. 200. 204. 246. 252. 265. 292. 299. 302. 303. 326 sq. 350. 361. 374 sq. 384. 408. 415. 420 sq. 441. 443. 448. 450. 455. 457. 478. 481. 524. 531). sed archetypum anticum uncialibus litteris scriptum fuisse cum probent confusa elementa

C et *P* v. 88 *papyrus*
C et *S* v. 384 *cressa*
D et *R* v. 118 *reicere*
D et *S* v. 140 *di*
I et *L* v. 32 *deiectus*
N et *P* v. 531 *patriaeque*
P et *T* v. 168 *tincta*
P et *R* v. 337 *incepta,* 457 *incerto*

et non distincta vocabula (cf. v. 87. 112), in eo exemplari, cui nostra debere videmur, similia fuerunt *a* et *r* (v. 200), *f* et *l* (v. 458), *l* et *t* (v. 200. 450), *o* et *r* (v. 129), et compendia scripturae plurima adhibita.

Fide prae ceteris dignus agnoscitur *Bruxellensis* scripturis quas solus servavit *fecisse* v. 458, *Salaminia* v. 470, *sinius* quod ad *Sunius* proxime accedit v. 472, *vexarier undis* v. 481, *aeternam* v. 484 (nam quoniam immortalis futura erat puella, squamis vestitam piscibus tradere noluit Amphitrite), *illi* v. 513, *apposuit* v. 532, *haliaeetus* v. 536. quaedam sive coniectura non nimis difficili sive codicis ope in Aldina recte emendata auctoritate illius comprobantur: 465 *Scironis,* 470 *e fluctu,* 511 *flavo,* 520 *poena,* 533 *ut in aetherio;* in *Basileensi* (ε) redit v. 463 *isthmon;* in margine extat feliciter correctum quod in textu *Lεα* praebent

aquilis v. 529. cum eisdem congruit v. 470 (*respicit*) et si minutissima discrimina omittimus v. 528 (*halietos ales*). cum *HLε* commune ei est *aethera* v. 538 et 541 et levis corruptela *auras* v. 525, inque eodem cum *H respexerat* pro *resperserat*, denique cum *HR* v. 477 *salutiferam*. nec peculiaribus vitiis quamvis paucis plane immunis est: v. 460 *littora* et 534 *munere* ex antecedenti repetitum.

In ceteris ubi deficit *B* pares fere inter se et plerumque gemini sunt *HR*, quos ubi consentiunt et salva ratione ubi liceret secutus sum, velut in restituendo v. 292 vestigia eorum pressi. sed soli *R* debentur *murmura* v. 108, *amorem* 109, *volitantes agmine* v. 117, *humanos* v. 198, *per te* v. 273, *maritas* v. 443, coniunctis *Rα* v. 186 *furtimque*, 439 *honores*. eisdem tamen communis est prava coniectura *rauci* v. 384, et v. 50 *aetheris* scriptura, quam pro glossemate audacioris *sidera* habeo. nam interpolatus est *R* etiam v. 114 (*continuis*) et 249 (*morbo*), et ubi cum *L* congruit v. 14 (*patientia*).

In corruptis paulo integriora solus praebuit *H* v. 57 et 432, cum *ALε* v. 72, proxime abest a *Lε* v. 31; vera cum *Lε* v. 50 (*sidera*), 235 (*cur*), cum *Lαε* v. 509 (*placida*), cum *α* denique servavit v. 375 *anubus*, cui non intellego cur *senibus* quod *R* habet praeferatur, et in versu 45 quo *R* caret *iuuenes* in *Lε* glossemate oblitteratum. interpolatus ipse cum *Lε* adposito patris *Nisi* nomine est v. 334.

Multo saepius interpolatus est *L* simillimus Basileensis exemplaris (ε), quamquam non prorsus idem. textum eius qui recensuit sive Pomponius Laetus fuit sive Italus alius haud pauca, quorum maxima pars in ε vel *α* vel in utroque libro redit, verissime restituit, nec omnia mera coniectura adsecutum esse putaverim; v. 31 *cocco*, 66 *Crataein*, 109 *sonitu*, 128 *nectebat*, ut 'Cecropiae cicadae' genetivi sint (nam una fibula in cicadae formam Nisi crobylum continebat), 149 *lapsa e*, 162 *in tenera*, 197 *blandaeque*, 229 *qua*, 239 *sinit Adrastea*, 241 *amore*, 277 *invideas*, 307 *in*, 312 *et*, 355 *tentantur patriae*, 376 *amycleo spargens*, 377 *defigere*, 397 *luces*, 413 *qua*, 427 *facturum*, 433 *deliciis*, 436 *incensam*, 442 *tumulabit*, 453 *verbere*, 477 *sementiferam*. certe v. 323 in ipsa corruptela *contata* latet quod verum sit quodque in *εα* correctum extat *conata* (cf. praeterea v. 324); et singularem corruptelam quae non potest non ex manuscripto

codice repetita esse praebet *L* v. 102 *tempsa.* sed multo sane plura temere interpolata sunt, ex quibus pleraque etiam in ϵ vel *α* vel in utroque, quaedam praeterea in *A* leguntur. singularia pauca sunt: v. 38 *caelum,* 92 *laetos,* 196 *fluvios.*

Restat ut bene correctos in *A,* ϵ, *α* exemplaribus locos enumerem: in *A* v. 189 *tanti sceleris,* in ϵ v. 344 *restinguens,* in *α* v. 32 *deiectus,* 126 *caro,* 127 *quem* (cf. ϵ), 158 *ad ulciscendum,* 187 *miserae proponitur,* 277 *ne,* 283 *tristi,* 295 *erepta, o Britomarti,* 296 *Britomarti,* 297 *ne,* 321 *spes sit,* 327 *ne,* 329 *amore,* 340 *his,* 362 *conficta,* 364 *quaerit,* 366 *ut,* 367 *essent,* 397 *alternas.* ex quibus praeclaris partim emendationibus num quae iam ante Aldum in aliis editionibus antiquioribus, quibus uti mihi non licuit, propositae sint nescio.

Ceterum postquam Hauptius in relationibus menstruis acad. Berolin. a. 1858 p. 659 sqq. suas emendationes defendit, relicta ab eo quaedam quomodo restituenda esse viderentur exposui in mus. Rhen. XVIII p. 100 sqq.

Catalecta eodem ordine diverso illo ab expressis exemplaribus leguntur in *BHRϵ,* de *XZ* testimonia desunt. sed Naekius quod nihil adnotavit, cave ne suspiceris in *X* sive Vossiano II vulgatum ordinem ab eo repertum fuisse; nam simillimi inter se vel prorsus gemini sunt *X*ϵ. consentiunt libri nostri omnes praemissis priapeis tribus quae secundum librorum auctoritatem denuo addenda esse catalectis Naekius monuit Cat. p. 228. nec desunt vitiorum exempla obviorum vel in *BHRXZ*ϵ*α* (II* 18 *crux,* III* 15 *sanguinea* et *arma,* 17 *hoc,* I 1. 3 *Dequa,* II 2 *tyrannus* vel sim., III 3 *et,* IIII 9 bis, non ter repetitum *thalassio,* V 6 *adsim,* 7 *et,* VIII 6 *domus,* 16 *deposuisse,* XII 9 *nutu* et *dedit,* XIIII 2 *dura*), vel in *BHRXZ*ϵ (III* 2 *caris,* XI 30 *grauidae quod,* 32 *similis,* 46 *sternere,* 50 *non,* XIII 6 *multa*). sed ex his *B* ceteris multo rarius corruptus est, ut qui vera praebeat solus III* 6 *filiusque adulescens,* 9 *manu ferens* (cf. *Zα*), 17 *priapo est,* I 5 *audiui,* VII 1 *ampullae,* VIII 19 *utrimque,* 21 *praeter,* XI 6 *oenides,* 21 *diuei,* 23 *o te,* 24 *altera non* et *fama* et *esse,* 35 *non cuius ob,* 55 *tantas non inquam,* 61 *aspirare* et *si,* XIII 5 *cui iuueni,* 7 *phoebi chorus ipseque phoebus,* XIIII 4 *quid inmeriti,* 8 *hunc;* indicet saltem meliora II* 18, III* 8, I 6, V 5,

cum eodem in bonis congruunt *H* II* 3, III* 3, V 11, VII 1 (et proxime ab eo abest XI 23. 35); *Hεα* XII 1 *valido, HR* II* 5 *manu,* III* 11 *primitus; HRα* VII 11 *vos quoque; HZ* VI 9 *mille: R* XI 48 *mare audendo; XZε* II* 9 *oliua duro cocta frigore; Zα* XIII 5 *sorores,* XIIII 8 *quae; Xεα* III* 18 *hortulum uineam* (ubi *H* proxime accedit); *Xε* VIII 17 *milia, Vossianus* II* XI 45 *pati iam.* denique *α* III* 1 *ego,* 10 *ponitur picta,* III 4 *abibit et,* V 1 *iacere me* (cf. *H*), 19 *non me,* 21 *nec,* 32 *lambis;* 35 sq., 39 *scissumque,* VI 7 *maxima,* XI 29 *volucrum,* XIIII 1 *octaui.*

In corruptelis autem congruit *B* cum *HRZεα* II* 14 *teneraque,* V 21 *lumbos,* 28 *dulcis,* 29 *aquis,* VI 7 *hos, et,* 9 *aut,* VIII 6 *neque,* 19 *mulas;* cum *HRZ* II* 5 *mala,* XI 61 *cirenas* vel sim; cum *HRXεα* II* 16 *proin;* cum *HRε* VIII 2 *multo;* cum *HXε* III* 4 *nutrior;* cum *XZε* VII 10 *uindicamus.*

Apparet ex his, ceteris similiores codici *B* esse *H* et unde *εα* exemplaria expressa sunt libros manuscriptos. nam ne cetera quidem, quae in *α* sola rectius quam in codicibus nostris leguntur, coniectura inventa esse possunt omnia. sunt enim haec: III* 2 *caricis,* III 2 *Noctuine putidum* (unde proxime abest *H*), IIII 6 *duas,* V 11 *helluato sera,* 14 *udaeque,* 23 *Tybrim et* (cf. *B*), VII 2 *rore,* VIII 21 *facta,* X 5 *inprimisque,* XI 30 *Graiae quam,* 32 *Eleis,* 46 *stertere,* 47 *perlabi,* 50 *non,* 60 *Aglaie,* XIII 6 *Musa.*

Sed communis librorum *HRXZε* origo demonstratur et versus II* 13 lacuna et omisso XI 33, cuius tamen initialem litteram et spatium cum Vossiano II servaverunt *HRε*, quorum duo illi *HR* inter se proxime cognati sunt. et convenit inter *HRεα* et *Voss.* II etiam XII 5 in bona scriptura *tibi iam tibi.*

Trium autem illorum *HRZ* exemplar idem fuisse certissimis discimus indiciis duobus. primum post catal. VI in *HRZ* sequitur epigramma quod supra p. 2 exhibui

vate Syracosio qui dulcior Hesiodoque
  maior, Homereo non minor ore fuit,
illius haec quoque sunt divini elementa poetae
  et rudis in vario carmine Calliope.

variis lectionibus hisce: v. 1 siracusio *HR* v. 2 Homeraeo *ex cod. Vossiano Burmannus* homero *HRZ* Maeonio Vossius

fluit *ad Burmannianum exemplar vulgo.* v. 3 sint *H* v. 4 rudis *HRZ* rudit *Burmanni cod. Vossianus ut vid.:* ludit et *ipse coniecit*, et stupet *Oudendorpius.* carmina *R* caliope *H* callipe *R*. tum in *R* secuntur haec (Burmanni anthol. II 202, Meyeri 865):

tristia fata tui dum fles in Daphnide Flacci,
docte Maro, fratrem dis inmortalibus aequas.

(in codice est: *Ristia* et *diis*). deinde post catal. V v. 16 in eisdem inserta leguntur haec:

Callide mage sub hac caeli est iniuria saecli
Antiquis hospes non minor ingeniis.
Et quo Roma viro doctis certaret Athenis:
Ferrea sed nulli vincere fata datur

variis scripturis hisce: v. 1 Allide *R* hęc *R* hec *H* secli *R* v. 2 Antiquus *Z* ingenis *R* v. 3 rhoma *Z* v. 4 Terrea *H*. versus primi emendatio incerta est; sententia videtur haec fuisse: *crudelis magis hac quaenam est iniuria saecli?* ut parenthesi loco hic versiculus fungatur, initium autem elogii, unde v. 2 pendet, periisse statuatur. an post v. 2 excidit distichon aliquod? in secundo versu *hospes* vocativus est, laudatur autem mortuus. in quarti initio *en quo* scribendum videtur. num alibi extet et editum sit epigramma nescio; certe reperire non potui.

Sed praeterea cum necessitudinem librorum *HR* quivis fere versiculus demonstret paucaque melioris notae alterius utrius propria sint (velut in *Hα* V 32 *os usque*, in *Rεα* XI 29 *equorum*, in *Rα* XIIII 4 *fata*), quantum ad libri *B* similitudinem inclinat *H*, tantum fere propius quibusdam locis se attingunt *RZ*. nam in utroque archetypi verba quaedam sive obscurius scripta sive nimis corrupta omiserunt librarii lacuna relicta: e. g. VII 3. 5, XIII 5; tum communis utrique et bona scriptura I 1 *tucca* et corrupta XI 21 *epiredia.* quaedam etiam in *Zα* emendatius quam in reliquis leguntur: III* 5 *me deum*, V 19 *cotyttia.* quae in solo *X* vel in *Xεα* vel *Xα* leguntur meliora (I* 4 *ignauis*, II* 3 *agellulum*, V 9 *caesari*, XI 45 *frigora*, XIIII 2 *dicunt a nimio:* cf. *H*) fortasse coniecturae felici debentur. ceterum ratio et propagatio textus nostri qualis in libris conspicia-

tur exempla luculenta praebentur versibus V 35 sq., VII 11, VIII 10, XIIII 3.

In *diris* et in *Lydia* ex Naekii apparatu elegi quae ad supplendum meum vel minimi pretii esse viderentur: eiusdem scripturae testimonia ex recentioribus codicibus nullum in usum augere pertaesum est. sed haec idyllia post eruditissimi illius viri operam rara doctorum hominum studia experta sunt. inter quos C. Fr. Hermannus (opusc. p. 112 sqq.) amoebaeum inter senem et Battarum iuvenem quendam carmen agnoscere sibi visus, quamquam laudem nactus Bernhardyi, tamen merito refutatus olim est ab Henrico Keilio diurn. litt. Ien. 1849 p. 487 sq. nam ad Battarum quamvis verum sit sermonem saepius (v. 1. 14. 54. 71. 97.) converti, tamen hic nusquam aut senem istum adloquitur aut, ut constans in hoc poeseos genere mos est, eis quae alter dixit respondere cognoscitur. quibus autem locis duobus mentionem senis fieri statuit Hermannus v. 10 et 93, horum priore, qui sic in libris traditur

nec fecunda senis nostri felicia rura
semina parturiant segetes,

illud *senis nostri* (*nostris* Monacenses) vel quo pertineat admodum dubium est. rettulit cum Tollio Naekius ad semina, villicum intellegens senem, cui serendi cura demandata esset. quasi vero expulsus agro dominus praedonibus servum suum, qui agros coleret, reliquisset! ceterum obscura et languida esse quivis sentit. alteram, quae Naekio multo minus probabilis, Hermanno contra multo praestantior visa est ac re vera ipso verborum ordine commendatur, rationem si sequimur, *senis nostri felicia rura* coniungenda sunt, tum autem *senex* intellegendus possessor anticus, atque alii sane huius carminis, quod a v. 8 usque ad 13 pertinet, partes tribuendae sunt. at nullo praeterea loco ita rura commemorantur, ut non eius ipsius qui cantat esse videantur: cf. v. 33. 45 sq. 61. 70. 72. 79. 80. 84. 86. 90, ex quibus tamen v. 70. 80. 90 Battaro tribuit Hermannus. praeterea vero ista quoque languent: nam cum totam per eclogam de relictis a legitimo domino agris sermo sit, cur tandem senis esse rura hoc potissimum loco expressis verbis moneretur? sententiarum colorem et concinnitatem qui accuratius secum perpenderit, mirabitur

felicia rura praedicari quae advenae militi relinquenda sunt, quibusque adeo sterilitatem inprecatur poeta. nam vale dicens eis v. 90 quod *felix nomen agelli* vocat, felix hoc ipsum dicit quod suum appellare agrum licuit. non igitur sunt aut erunt felicia rura, sed fuerunt olim veteri domino, idque ipsum non minus diserte significandum erat quam v. 33, ubi *veteris domini felicia ligna* silva fulmine iam comburenda appellatur, contraria ut eodem modo, quo v. 9 *sterilescant gaudia* dictum est, inter se opponi intellegeretur. ergo corrupta esse puto illa *senis nostri,* genuinae autem scripturae vestigia interpolatoris temeritate, cuius alia in hoc idyllio indicia manifesta minime desunt, ita confusa esse, ut certo resuscitandae spes sane exigua sit. sed mentem poetae adsecutus erit qui *suis olim* vel *olim nobis* substituerit.

Altero loco (v. 93) ubi legimus

tardius a miserae descendite monte capellae:
mollia non iterum carpetis pabula nota.
tuque resiste, *pater*

iam Keilius monuit iniuria inrisos esse ab Hermanno qui *patrem* intellexerunt caprum, ut in eiusdem auctoris ecloga áltera v. 28 (131) taurus dicitur 'pater magni gregis', et v. 31 (134) ipse caper 'pater haedorum'. de quo ne dubitaretur eis quae antecedunt satis cavit poeta: immo in errorem ipse lectores induxisse arguendus esset, hominem si intellegi voluisset. ac ne decere quidem ut senem patrem, dominum ruris, sive filius sive servus pariter atque capellas resistere iuberet, is sensisse videtur, qui *puer* scripsit, quod ex Thuaneo enotavit Is. Vossius, a Naekio eiusque auctore Lasseno praetermissum video. quamquam rustica appellationis *pater* festivitas et hunc fugit et qui *caper* coniecit Heinsium.

Ceterum eius artis quae in Catulli Vergilii Theocriti aliorumque bucolicorum praecipue poetarum carminibus amoebaeis cognoscitur, ut aequabilibus inter se verbis imaginibus sententiis strophis denique sibi respondeant certantes, huius idyllii auctor ignarissimus fuit, si Hermanno credimus, qui nec rerum dispositione nec ambitu partium concinnitatem ullam persecutus est. itaque hanc opinionem merito reliquit qui recentissimo tempore dirarum textum temptavit Goebbelius. sed hic cum de universa poematii indole ac forma quaedam recte sensisse videatur, singula tamen pleraque corrupisse magis quam restituisse iudicandus est.

Nihil autem magis et interpretationi et emendationi carminis nostri obfuit, quam quod ad intercalarium qui dicuntur versuum sententias non satis acriter animum adverterunt homines docti. nam statim in prooemio

> Battare cycneas *repetamus* carmine voces.
> divisas *iterum* sedes et rura canamus,
> rura quibus diras *indiximus*, impia vota

clarissime indicatur, dictas vel cantatas olim, cum rura relinquerentur, execrationes et querellas iam paratum esse poetam iterum repetere, non quia similia nunc patiatur, sed ut veteris doloris memoriam cum Battaro socio recolat atque aeternae memoriae vota sua commendet (cf. v. 25. 47).[1] ergo non ad repetenda in eodem carmine per alteram stropham similia vel eadem vota referendus est v. 14

> rursus et hoc *iterum repetamus* Battare carmen,

quo ipso demonstratur, non *divisas iterum sedes* supra coniungenda esse, sed hoc quoque carmen, h. e. quae sequitur stropham item ut antecedentem se iterum ut olim cecinerit repetiturum esse promittit. iam postquam praediis universis sterilitatem (9—13), malas messes et siccitatem (15—19), pestem denique et omnia taetra (20—24) inprecatus est, transit ad silvae fata, quae ubi manu militis impia succisa fuerit, ne arari a colono solum possit, precatur ut incendio conflagret, quod ventis inflatum cetera quoque, vites et segetes, comburat. quasi circumclusit hanc partem (26—46) poeta verbis quae et antecedunt (v. 25) et subsecuntur (v. 47) 'sic precor: et nostris superent haec carmina votis'.

Semel autem, v. 30 mesymnium legimus

> nec mihi saepe meum resonabit Battare carmen,

quod nec in libris recte traditum nec ab interpretibus videtur satis intellectum esse. primum quale carmen dicit? non potest de alio facile cogitari nisi de hoc ipso quod legimus, non quale-

[1]) Haud procul a vero abfuit C. Putschius p. 35, cum carmen ab ipso compositum poetam diris redintegrasse statueret. sed male coniecit, factum eo tempore quo primus tradendi militibus agri nuntius adlatus esset carmen mox in ipso discessu ab eo retractatum esse.

cumque olim in silvis cecinit poeta. tum si hoc voluisset, non amplius silvam resonaturam esse carmen illud, non *saepe* debebat addere: nam relicta silva post discessum cantoris ne semel quidem eius vocem reddere poterat echo. denique abhorret talis querella a ceterorum versuum intercalarium, in quibus Battarus inest, sententia. nec certa fides est voculae *nec*, pro qua in Thuaneo *Haec*, in Helmstadiensi *Hec* traditur, ut pronum sit emendare

hoc mihi 'saepe meum resonabit, Battare, carmen

leniore remedio quam quo usus est Goebbelius, qui levissima de causa decem versuum stropham excidisse coniecit, unde v. 30 ultimus relictus sit. pulchre enim hos ipsos versus, quibus formosae sibique dilectissimae silvae fata luget, 'saepe' sibi in memoriam redituros esse adfirmat exul socio.

Sequitur inde a v. 48 tertia dirarum pars, qua inundationis genera varia exoptantur: cui ephymnia interposita legimus duo 54

tristius hoc, memini, revocasti Battare carmen

et 71:

dulcius hoc, memini, revocasti Battare carmen.

in quibus vel *memini* illud docere interpretes poterat, non de cantu nescio quo nunc a Battaro inserto sermonem esse, sed dum repetit praeteriti temporis memoriam, meminisse se dicit poeta quam modo tristi modo dulci sono fistula Battari hanc vel illam stropham, cum primum cantata sit, revocaverit, h. e. prosecuta fuerit. tristius autem consentaneum est eum prosecutum esse execrationem, qua in Syrtin alteram ut fecundissima arva mutarentur optaverat dominus. minus facile perspicitur, cur laetior vel dulcior fistulae cantus post illa fuerit, ubi flumina invocantur, ut effusis per campos fluctibus non minus inutiles aratoribus efficiant agros quam invocatus supra Neptunus. nam Naekii interpretatio ferri non potest, qua felicis olim temporis recordari putatur poeta, cum dulces modos Battarus modulabatur, tales quidem, in quales nunc, dum proximos versus sequitur, forte fortuna incidisset. temeraria vero Goebbelii opinio est, qui sensuum nulla ratione habita alternis vicibus *tristius* post v. 53. 62. 71, *dulcius* post v. 57. 65. 66 rediisse statuens quater suo arbitrio inseruit versum eoque solo loco ubi traditur libris *dulcius* mutavit in *tristius*. immo solus toto in carmine locus, qui dul-

cior Battaro videri dulcioresque eius modos excitare posset, ille est, ubi amica ei semper flumina fontesque esse dicuntur, v. 65. hic igitur fuit cum inserere vellem illa quae nunc in v. 71 leguntur 'dulcius . . . carmen.' sed certa de causa, quae infra perspicua fiet, suo loco nunc relinquere malo, ut omnia illa, quibus amica Battaro numina invocantur, dulciore sono fingatur temperavisse. nam nullas in ipso cantu, ne in versibus intercalaribus quidem Battari partes esse etiam eo ephymnio proditur, quod paulo post sequitur v. 75

tristius hoc rursum dicit *mea fistula* carmen,

nisi forte credes Naekio adseveranti '*mea* fistula' perbene dici potuisse de fistula Battari, qui iussu Catonis domini canat! immo hic ipse cum omnia cantet suaque avena usus singulis strophis succinat, hic, ubi paludibus et imbribus vastari agrum exoptat, ne meminit quidem cantilenae, quam olim Battarus subiecerit, sed ipse statim, ut qui in execratione totus etiam sit, haec quoque addit.

Absolutae preces sine dubio his significantur (v. 82): 'o male *devoti*, praetorum crimina, *agelli*' e. q. s. sed quae antecedunt (80 sq.)

piscetur nostris in finibus advena arator e. q. s.

vereor ut suo loco recte se habeant. nam nec in paludibus nec in stagnis imbre ortis piscari solemus, sed vel in mari vel in lacubus vel in fluminibus. quo accedit quod v. 73 ubi de paludibus dicitur 'et *metat* hic iuncos, spicas ubi legimus olim' subiectum verbi desideratur, quod recuperamus insertis ubi optime quadrant versibus 80 sq. post v. 70. atque sic transpositis versibus 80 sq. id quoque lucramur, ut molesta eiusdem vocabuli in eadem vicinorum versuum 81 sq. sede positi repetitione (*crimine* et *crimina*) liberemur.

Sed paulo post quae v. 78 secuntur

unde elapsa meos agros pervenerit unda

quid sibi volunt? optaverat poeta ut praecipitarent montibus imbres, qui late diffuso gurgite campos tenerent et in agrorum loco stagna praedonibus relinquerent. quam igitur non dicam languidum, sed absurdum et ridiculum undam fingere e stagnis scilicet illis super agros effusis elapsam, quae ad mersos fluctibus agros

perveniat! immo ut Neptunus v. 50 sq. invocatur ut *migret* in arva fluctibus, ita si hic minus auditurus esset, flumina moveri poterant, ut undas super agros emitterent. poterant igitur coniungi v. 63—65 cum 78.

Quibus respondent quae statim subsecuntur v. 67 'flectite currentis lymphas, vaga flumina, retro' e. q. s. intercedunt tamen quae nec intellegi possint nec recte emendata adhuc videantur v. 66

nil est quod perdam ulterius merita omnia dictis.

in quibus, ut mittam paulisper verba extrema, sententia certe horum 'nil est quod perdam ulterius' perspicua est. sed hoc quo modo adfirmare poterat qui in eo ipso erat, ut advocatis fontium fluminum paludum stagnorum fluctibus perderet agros suos? his profecto concludenda erant impia vota. quod ubi semel perspeximus, facillima clausulae emendatio est: '*merito omnia Ditis.*' (cf. v. 41.) nam ineptas et contortas aliorum vel explicandi vel corrigendi machinas sciens praetermitto.

Ergo ordinatis versibus sic: 65. 79. 67—71. 80 sq. 72—78. 66 haec de aquis votorum pars absoluta est. sequitur extrema, ubi finitis votis vale dicit ruribus dominus. finxit autem haec ultima se cunctanter abeuntem cantare. relicta rura, quae a fronte in maris litore sita, a tergo montibus cincta sunt, extremum respicit de tumulo (v. 86), unde in silvas se insinuans per colles montesque aspectum vallis mox amittit (87 sq.). iam a summis montibus in planitiem paulatim descendens (91) intuetur campos in longum porrectos, ubi novas sedes quaesiturus est. nam sic explicanda sentio quae quis intellexerit interpretum frustra quaero (certe M. Schmidtius qui v. 93 sq. ordinem inverti in philol. VIII 191 iussit non intellexit), v. 93

en prima novissima nobis
intueor *campos* longum: manet ensis in illis.

campos enim non suos dicit, quos modo relictos extremum respexerat v. 86, sed montibus separatos ab illis, quos ut significavit primum v. 88, nunc demum procul conspicit, in vasta autem planitie quia omnia uno obtutu propinqua quam longinqua percipiuntur, non sine acerbitate quadam et prima et novissima quae sibi iam habitanda sint se intueri dicit; in illis vero quae reliquerit vim et ensem regnare.

Restat ut promittat memoriam nec praedii nec Lydiae um quam sibi morituram esse, quamvis rura igni vel aqua deperdit fuerint, quidquid de Lydia futurum fuerit. ac de Lydia intellegendos esse v. 97—101 inde apparet quod omnia, ait, priu futura erunt, 'quam tua de nostris emigret *cura* medullis' (v. 101) nam *curam* agelli qui habere poterat, quem ipse malis omnibu tradidisset et funditus pessumdari voluisset? contra quae statin in extremis subiciuntur v. 102 sq.

quamvis ignis eris, quamvis aqua, semper amabo:
gaudia semper enim tua me meminisse licebit

merito Hermannus ridicula fore iudicavit, si de puella intellegerentur, immo multo aptius de agro dici. quam rationem secutu Goebbelius p. 5 adiunxit hos duos versiculos ad v. 90, ubi a sententiarum tenorem satis bene quadrant.

Sed ad Lydiam quae spectant mutila esse eo quoque versiculo demonstratur, qui cum ex omnibus difficillimus sit, simplic ac probabili artificio nullo ad reliquum textum videtur accommodari posse v. 96

sive eris et si non mecum morieris utrumque.

quem ut aliquo modo explicaret Naekius Scaligero duce singular brevitate usum esse poetam statuit, sententiam autem talem proposuit: '*sive eris,* mecum eris, licet absens; *sive non eris,* h. e sive mortua eris, *mecum morieris:* id est non eris mortua ante quam ego moriar;' vel 'utrumque viva et mortua mecum eris. quamquam opposita inter se '*sive — et si*' ipse fatetur se no habere quo exemplo comprobet. nec exemplorum admodum nostro alienorum nube mihi persuasit *utrumque* sic in talis enun tiati fine positum vel tolerari posse. ne moneam quod quivi sentit sententiam ipsam satis inanem atque ineptam esse: in eptum enim dico quod tanta non brevitate, sed infantia *esse* dicitur qui corpore vivit, *mortuus* cuius memoria evanuit, quar immortalem etiam post suam mortem carmine reddere poeta erat. sed verba ipsa cum sine ulla aut varietate aut corruptela umbra sic ut vulgo feruntur in libris tradita sint (nisi quod *me cum* om. Monacensis *W*), mutandis litterulis vel syllabis nih proficimus. mutilam sententiam esse et periisse quaedam, u recte suspicatur Goebbelius, vel eo probabile fit, quod inter duo versus intercalares 95 et 97 hic unus modo versiculus intercedi

periisse autem certum est et alterum sententiae membrum particula *sive* incipiens et utriusque protaseos apodosin, cuius frustulum fortasse est *utrumque.* et consentaneum erat, de futura Lydiae suae sorte paulo copiosius poetam augurari.

Restituto ut potuimus ordine versuum et nexu atque consilio poematii explorato circumspicere licebit, qua in disponendis partibus arte usus sit poeta. et fecit periculum stropharum orbes aequabiles modo bis modo ter repetitos secundum intercalarium versuum indicia componendi Goebbelius, quem negari vix potest quaedam satis recte animadvertisse. verum enim est post tres primos versus, quos prooemii vice fungi perspexit, quattuor 4—7 habere qui apprime respondeant ultimos 98—101. idem agnovit quinorum versuum par 37—41 et 42—46 et recte complexus est senos 8—13 et 48—53, quamquam nec haec inter se ratione ulla contineri puto nec tertiam quam his oppositam esse statuit stropham 76—81 probo. in ceteris quam violenter et parum prudenter versatus sit enarrare longum. nobis vero egregium hic praesto fuit documentum atque auxilium artis codex Bembinus, in quo litteris miniatis initialibus hi nostri idyllii versus distincti sunt: 14. 20. 26. 30. 54. 63. 67. 71. 75. 84. 89. 95. 97. ex quibus novas sententias incipiunt 20. 26. 63. 67. 84. 89. 95, vel proasmatum vel ephymniorum vel mesymniorum vice funguntur 14. 30. 54. 71. 75. 97. quod non mero casu vel arbitrio librarii, sed certo consilio ad indicanda quasi membra quaedam corporis factum esse cum per se probabile sit tum luculento bucolicon exemplo demonstratur. in quibus eodem ornamento non tantum personarum vices totas per eclogas I. III. V. VII. IX et in VIII intercalares et in omnibus initiales versus constanter, sed etiam alii loci tales distinguuntur, unde strophas vel particulas idylliorum novas incipere signis adpositis ipse indicavi: praeter II 6, VIII 17. 62 (ubi ut in aliis libris POE praenotatum est) 64. IX 46 in ecl. II 56. 66, VI 27. 61, X 31. 55. 60. 75. quae quamvis meas dispositiones confirmare laeter, tamen nec sufficere apparet ad illustrandam totorum idylliorum structuram et alia librarii vel neglegentia vel errore commissa esse fatendum est: quo ipso fit ut nobismet ipsis sapere licere certius intellegamus. nam in ecl. III v. 48 falso *S* initialem miniatam posuit librarius, in VII 69 et VIII 17 novam personam notare oblitus in VII 65 atramento pro minio usus est, nec intercalarem versum VIII 46

distinxisse videtur et transiluit a v. 99 ad 104 neglectis med et in X exornavit v. 66, cum 65 deberet, et 42, cum prim huius strophae versiculus in hoc ut in omnibus libris excidiss et v. 16 pro 13. atque hic fortasse erroris causa fuit e margi inlatus v. 17, qui quod in *B* ante 16 legitur, spurium, qu lem olim suspicatus sum, ipse se prodit. atque in nostro quoq idyllio unusquisque intellegit veteris dispositionis signa non pos omnia servata esse, sed plura in archetypo fuisse, nobis iam s cundum eas rationes, quas supra explicavimus, restituenda. pra terea autem si per stropharum ambitus decurrere carmen suu volebat poeta, nimis brevi intervallo versus dumtaxat 95 et ! inter se distant, ut quod verborum obscuritate moniti supra co iecimus certo etiam praestantissimi codicis tamquam testimo confirmatur, necessario media quaedam intercidisse.

Dubia pauca restant. eius enim partis quae de silva e cranda est (v. 26—46) initium cum recte in *B* significatum et perquam probabiliter extremae quinorum versuum stroph 47—41. 42—46 separentur, quaeritur quid versu 30 facias m niato illo quoque eiusdem librarii manu. qui cum parenthes munere fungatur, initio strophae ut plerique alii eodem mod insignes apte collocari vix poterat. videtur ergo ad distinguend priora et sequentia interpositus esse. nam oppositi inter se sil vae sunt interitus ferro (v. 31—33) et igni (34—36) futuri. q praecedunt quattuor (26—29) aut responsione sua carere putan aut ita disponendi erunt, ut seposito quasi praeludio, cui v. 3 respondeat, primo (v. 26) reliqui tres (27—29) cum illis 31—3 et 34—36 ternionem stropharum efficiant.

Insertos autem esse separandarum partium causa simili mo ac v. 30 suspicor v. 71. 75. 97. atque proodi quasi loco h bere qui v. 26—29 malet, tamquam exemplo uti poterit prin ultimae partis stropha (66. 82 sq.), si quidem integra est. m tilam illam, cuius frustula restant v. 95 sq., cum geminam fuis appareat quattuor versibus 89 sq. 102 sq., quae intercedu 91—94 referenda erunt ad 84—88, quo et re et sensu pertine ergo deest in illa periodo versiculus unus, quem post ea qu nunc obscuritate quadam laborare vidimus (93) excidisse sa probabiliter coniciemus.

Turbae denique in textu nostro quomodo ortae sint sic mihi finxi animo. scripti erant post v. 65 in archetypi folio

X^a	hi versus:	79. 67—71. 80 sq.	= 7
X^b	„ „	72—78.	= 7
Y^a	„ „	66. 82—87	= 7

librarius ubi debebat v. 79 describere, evoluto folio non X, sed Y, scripsit v. 66, sed statim animadverso errore rediit ad X^a versum secundum (67), primum autem signis adpositis eo ipso loco collocavit, unde v. 66 praesumpserat. atque eidem subiecit quos nescio qua oscitantia omiserat extremos folii X^a versus 80 sq. versus 102 sq. quod in fine totius poematii additi sunt, cum post v. 90 neglecti essent, non magis explicatione eget quam unde lacunae venerint.

De *Lydia* quam Naekius dicit eclogam primus a diris separavit Fridericus Iacobsius misc. V. p. 639 sqq., quae cum in ceteris omnibus quotquot novimus libris sine ullo vel spatio vel titulo illis adiuncta sit, indicium saltem novi carminis solus servavit *B*, in quo miniata littera initiali v. 1 pictus est. atque eodem modo insignes ille cum praebeat versus 9. 20. 31. 37. 49. 63. 69. 74, et certum est per strophas compositum esse poemation et singulas eius partes disponere satis in promtu fuit. nec aut transponendis versibus ut in diris opus fuit aut lacunis statuendis, quarum studio paene ridiculus Goebbelius est. quamquam dubitari potest post v. 73 utrum unus versiculus exciderit, ut quarta ternorum versuum stropha (ς‴) evadat, an par versuum ternionem stropharum concluserit, quod quin ad hanc partem pertineat, non cum sequentibus coniungendum sit rerum similitudinem consideranti dubium non est. praeterea epilogum (v. 74—80) erunt fortasse qui solidum septem versuum corpus servare quam in particulas dissecare malint. denique monendum strophas *γ′* et *γ″* ita inter se conexas esse, ut qui medii sunt versus 32—34 ter ab initio redeunte vocula *sive* comprehensi circumdentur reliquis tribus, quorum unus (31) respondet antecedentis strophae *γ* primo (28), reliqui duo extremi (35 sq.) universum cuius exempla taurum et caprum poeta elegerat animalium genus complexi hanc partem absolvunt. ordinem inverti duorum versuum 17 sq., ut et cum

rivis fontes coniungerentur et copula *que* addita 'aviumque silentia fient' concluderent sententiam.

Multo autem difficilior hac in ecloga verborum emendatio est. quae ipse periclitatus sum paucis hic defendere iuvat. sanum non esse quod v. 7 traditur *interea* docent cum antecedentia, ubi quidquid agit Lydia agris contingere dicitur, tum in extremo versu positum *in aurem*, cui quod oppositum sit necessario requiritur. nam Naekius quod p. 144 et 250 sq. suspicatur ante diras Lydiam compositam esse ab eodem poeta, qui reditum etiam in agros speret, nihili habeo. talis enim spei praeter hanc voculam ne levissima quidem significatio in toto carmine inest, quodque beati praesentia puellae eidem agri dicuntur, quibus dirae interitum inprecantur, primum ne certum quidem est eosdem esse, quod etiam si concedatur (et credimus ipsi), quidni recenti amissi praedii dolore motus poeta execrationibus indulserit, post molliore captus desiderio amoris gaudia sibi erepta deploraverit? ergo *interea* cum apto careat sensu, nihil et simplicius et consilio loci magis conveniens reperire potui quam *inter vos*, cui alia quae in mentem veniebant (e. g. *in silva* vel *intenta*) posthabere non dubitavi.

In versu 13 sperni a Putschio et Naekio non debebat pulcherrima Eichstadii coniectura *venerem spirantia*, ex parte optimorum librorum auctoritate qui *uenerem* praebent confirmata, cumque aliis corruptelis (maxime v. 23 ubi *decepit* pro *decedit* in *BY* extat) manifestum fiat, huius quoque carminis textum in codicum nostrorum archetypo uncialibus litteris scriptum fuisse, nemo qui huius scripturae formas inter se comparaverit mirabitur quomodo ex SPIRANTIA vocabulo oriri potuerit STIPANTIA (ut extat in *Z*), unde coniectura factum *stipendia*. flores autem describere et exornare hoc loco a mente poetae prorsus alienum erat, qui totus versetur in puellae suae forma et gratia laudibus efferenda.

Duriora quam ut hoc poeta digna videri possint ea sunt quae in v. 40 libri praebent *inque vicem Phoebe currens atque aureus orbis*, frustra, si quid sentio, a Naekio defensa. nam et desideratur cuius in vicem currat Phoebe, neque currere haec satis bene dicitur quae placide surgens procedit caelo, nec pro duobus haberi 'Phoebe .. atque aureus orbis' decebat nec Phoe-

ben a Luna, quae in sequenti versu appellatur, distingui. non nimis a memoria confido abhorrere quod proposui *inque vicem Phoebi currus fugat aureus orbis.* nam esse illam maxime oblitteratam in hac carminis parte vel pagina (v. 40—45) non tam librarii neglegentia quam correctoris qui nescio quo casu evanida vel obscura ut potuit, sed infeliciter restituere conatus est temeritate, docent sequentia (43—45), quae cum singula praestent Latina vocabula, tamen sensu sano carere inter omnes convenit, quamquam emendandi conamina omnia videntur vana fuisse. mihi id maxime propositum fuit, ut et orationis quasi filum continuarem et quae verbis 'nisi . . fama locuta est' manifesto flagitantur supplerem v. 45, ubi quae tradita sunt servare nemo potuit. In versu 55 cum de zona puellae, non de vita solvenda sermo esse debeat, *fata* scripsisse poeta non potest; scripsit aut *sacra* aut *vota:* nam ut v. 61 *vota* scripsit librarius ubi *fata* debebat, sic vice versa eadem vocabula confudisse potest.

His quae iam Suetonii aetate inter Vergiliana relata fuisse vidimus non virtutis causa, sed quia librorum manuscriptorum copias semel paratas haberem, addenda esse duxi tum cetera quae olim in *ludi libellum* conlecta sunt, *rosetum* nugasque *de monosyllabis est et non* et *de viro bono,* tum *de Maecenate* elegias duas, intra annos saeculi XV 44 et 55 in Dania repertas ab Henoch Asculano, quas tamen nunc Bruxellensi exemplari docemur iam saeculo XIII in coenobio aliquo ad Rhenum vel ad Mosellam lectas fuisse. 'mediocriter antiquas, h. e. aliquot post Chr. n. saeculis' natas M. Hauptius in commentario de epicedio Drusi p. 30, primo saeculo atque adeo non multum post Maecenatis mortem ortas esse propter sermonis nitorem et versuum elegantiam censet L. Muellerus de re m. p. 52. inferioris aetatis indicio synaloephae sunt cum rarissimae tum lenissimae. nam in altera quae de moribundo Maecenate vulgo dicitur elegia bis omnino coalescunt vocales, v. 3 'mene inquit' et v. 24 'teque ego'; paulo saepius in priore: v. 20 'litore in' (si genuinus est hic versus), 21 'namque id', 43 'pulvere in', 89 'atque aquilam', 120 'atque ita', 116 'si quorum in', 122 'vellem Aurorae.' ac post Senecae certe epistulam 114 haec disticha scripta esse probabilis est suspicio Hauptii.

Ceterum in tribus illis, quae ad ludum pertinent, cum emendatione pauca egeant, graviora passi sunt in Maecenatis obitum elegi, in quibus recensendis par erat libri *B* auctoritatem prae ceteris valere. quamquam neque ex diverso ac reliqui fonte hic derivatus neque hi nihil habent quod ad manum antiquam recognoscendam conferant. sed et haec et quae coniectura mutavi in tam vili argumento longius enarrare ac defendere taedet.

C U L E X.

Siglorum tabula.

A = Colbertinus I saec. X.
B = Bembinus saec. IX.
C = Cantabrigiensis saec. IX vel X.
E = Colbertinus II saec. X.
F = Colbertinus III saec. XV.
G = Colbertinus IV (vel Pithoeanus Scaligeri) saec. XIV, usque ad v. 94.
H = Helmstadiensis saec. XV.
K = Koelerianus in bibl. Gottingensi saec. XV.
L = Contianus Scaligeri.
O = Harleianus saec. XIII, usque ad v. 51.
P = Petavianus.
Q = Viechtianus (om. 75—150. 229—306) saec. XI.
V = Vossianus n. 81 saec. XIV.
Y = Thuaneus saec. XI.
l = Vossianus n. 96 saec. XV.
t = excerpta Gronoviana.
a = Aldina secunda a. 1534.
α' = Aldina a. 1517 (quacum ubi consentit *α*, de hac non diserte testatus sum).
ε = Basileensis saec. XV.
Ω = libri mei omnes.
Ψ = libri mei praeter eos de quibus diversa testatus sum.
ω = libri Heyniani et Silligiani quantum constat omnes.
ψ = libri huius generis plerique.

Lusimus, Octavi, gracili modulante Thalia
atque ut araneoli tenuem formavimus orsum.
lusimus: haec propter culicis sint carmina dicta,
omnis et historiae per ludum consonet ordo
notitiae. ducam voces, licet invidus adsit.
quisquis erit culpare iocos musamque paratus,
pondere vel culicis levior famaque feretur.
posterius graviore sono tibi musa loquetur
nostra, dabunt quom maturos mihi tempora fructus,
ut tibi digna tuo poliantur carmina sensu.
Latonae magnique Iovis decus, aurea proles,
Phoebus erit nostri princeps et carminis auctor

CULEX PUBLII VIRGILII MARONIS INCIPIT *litteris miniatis C: eadem in A.* P. Virgilii Maronis Culex: ad Octauium ϵ 1 *litteris maiusculis in Y* Scripsimus *GO* modulantet halia *C* modulante camena *O* modulante camela *G* 2 forauimus *C* orsum *GOVlϵα, Bembus* ursum, u *priore corr. facta* o, *suprascr. m. rec. sic* orsũ (ŏrsũ) *B* ursum *CEPY* usum *H* 3 haec *B* sunt *C* ñ *V* dicta *HOlψ? α, Bembus* docta *BCPYt* dca *V* dea ϵ 4 ut *GHOlα* proludens *O* praeludens *G* consonat *O* 5 notitiae, ducam *Scaligero duce Sillgius.* Notitie ducam (*sive* ducum) *V* Notitiaeque ducum *Ψω, Bembus* (*nisi quod* Noticieq: *H* ductum *E*) assit *Oϵ* 6 Quis quis *C* paratus *om. P* 7 famamq: *C* feratur *Scaliger* 8 Posteri (s) *Y* Posteri *V* somno *H* tibi *om. H* mea musaq · (*suprascr. m.* 2) *H* 9 nostra] Dicta *V* dabant *H m.* 1 quom *lϵ* cum *ceteri* maturos *Heinsius* securos *Ωω* m (1) tempora *Vl* mentem piam *Y* 10 tibi] m (1) *l* digna tuo *α*[1] *Bembus* dignato *Ψψ* dignate *sive* dignato *V* poliantur *GOVlϵα, Bembus* spoliantur *BCPYtψ* spolientur *H* uersu *GO* 11 que *m. rec. suprascr. H* decus iouis ϵ 12 uestri *V* princebs *Y* autor *O* actor *V*

et recanente lyra fautor, sive educat illum
Arna Chimaereo Xanthi perfusa liquore
seu decus Asteriae seu qua Parnasia rupes
hinc atque hinc patula praepandit cornua fronte
Castaliaeque sonans liquido pede labitur unda.
quare, Pierii laticis decus, ite, sorores
naides, et celebrate deum plaudente chorea;
et tu sancta Pales, ad quam bona turba recurrit
agrestum secura sibi sua rura tenentes,
aërios nemorum saltus silvasque virentis,
te cultrice vagus saltus feror inter et arva.

---

13 Et recanente *CPYt*, '*ex veteribus manuscriptis*' *reponi iubet Scaliger*. Et reciuente *Ψψ* Et retinēt *V* Atque canente *Kl.* lira *CHOV* ^{e}ducat (e *suprascr. m. rec.*) *B* educet *H* 14 Arna *Hauptius* Alma *Ωω*, *Bembus* chimereo *CHVl* chymereo *BY* chymerȩo ϵ cythareo *O* xanthi ϵ xanti *Ψ* xancti *PY* xanthus *α Bembus* per fusa *B* liquore, *suprascr. m. rec.* l'colore *B* 15 nemus $α^{1}$ *Bembus* Asteriae $α^{1}$, *Bembus* astrieri *C* astrigeri *BEPYltϵ* a^{r}stigeri (r *suprascr. m. rec.*) *H* astrigeris *A* astrigerum *OV* astriferum *G* parmasia *P* p̨nasia *Vl* 16 hinc *posterius om. V* patule *V* praependit, *suprascr.* praetendit *O* praetendit '*membrana Pithoei*' *teste Scaligero* praetendet *G* 17 que *om. C* liquide *H* p̨labitur *H* prȩlabitur ϵ 18 latices, e *m. eadem corr. in* i, *m. rec. factum* latium *B* nemoris *GOV* 19 Naiades *lϵα*, *Bembus* Naya^{b}def *H* celerate *H* plaudente *Bembus* laudente *C* ludente *Ψω* corona *GO* 20 *sqq. De his versibus disserui in mus. Rhen.* XVIII 101. 20 tibi *Bembus* sancta] fcam *H* palem *H* parens *V* adquē *C* bona turba *Heinsius* uentura *Ωω* gens dura *Silligius* votiva *Schraderus* recurrunt *Hlϵα* 21 secura sibi sua rura *scripsi.* bona secura sit cura *ACEPYltϵα*, *item*, *nisi quod in* secura *litterae* s *pars inferior in litura est*, *B.* bona fetura sit cura *KV* bona sors cura secura *G* bona sit sec(?) sit cura *O* dona uobis sit cura *H* bona cura sequi sit cura *Bembus* tenentes *ABEVY* tenentis *CPtϵ*, *Bembus* tenentum *Klα* tenensque *G* tenentem(?) *O* ^{re}tentum (re *m. rec.*) *H* 22 Aereos *lt* nemorum saltus *Klϵ* nemorum cultus *ABEHPVYtα* nemoru^{s} cultus *C* saltus nemorum *G* estus nemorum *O* nemorum tractus *Bembus* silvasque ... saltus *om.* ϵ uirentis *Y* ui^{e}rentis (e *suprascr. m. rec.*) *B* uirentes *CHOVl* (*in ceteris utrum* i *an* e *sit nescio*). 23 De *H* tutrice *malit Scaliger* saltos *Y* arua *l*, *Lindenbrochianus* astra *Ψω*, *Bembus* antra *Heynius*

Et tu, cui meritis oritur fiducia tantis,
Octavi venerande, meis adlabere coeptis,
sancte puer, tibi namque . . . .
triste Iovis Rhoetique canit non pagina bellum,
Phlegra Giganteo sparsa est quo sanguine tellus,
nec Centaureos Lapithas compellit in enses;
urit Erichthonias Oriens non ignibus arces,
non perfossus Athos nec magno vincula ponto
iacta meo quaerent iam sera volumine famam,
non Hellespontus pedibus pulsatus equorum,
Graecia cum timuit venientis undique Persas:
mollia sed tenui decurrere carmina versu et

---

24 At *P*, *Bembus* tantis α^1 cartis *BVY* chartis *Olϵ*, *Bembus* castis *CH* castris *LPt* canis *G* coeptis *Mutinensis* 25 Optaui (p *m. ant. corr. ex* c) *V* adlabore *C* allabere *Ylϵ* alabere *H* ceptis *HO* 26 namque canit non pagina bellum *Ωω* *Expleri possit versiculus velut his:* namque humilis conamine primo 27 *ante* 26 *in AEQ*, *om. HVϵα*, *Bembus* Rhoeti *coni. Gronovius in t*, *Hauptius.* ponti(?) *O* ponit *Ψω*, *nisi quod* possit *t* Rhoeci *Taubmannus* Coei *Schraderus* Cotti *Oudendorpius ad Lucani* IV 596 Phorci *Silligius.* 28 Flegra *ABCEHOVYl* Flagra ϵ gyganteo *BY* est *om. C* quę *B* quae *CE* q̄ *Y* 29 Necque centauros *H* laphitas *HOVlϵ* laphithas *Y* la,hitas *C* conpellit *Y* in ensem *O* ad ensem *G* 30 Urat *B* Vertit *O* erichtonias *C* erechtonias *B* erictonias *HOV* erecthonias *AEY* erithonias *l* oriens] *gloss.* Xerxes *O* artes *l* 31 non] Nec *GO* per fossus *B m.* 1 perfossos *H* magna *l* 32 Iacta *AEϵ*, *Bembus* Lecta *GOα* Laeta *PYlt* Lęta (*corr. m. eadem ut vid.*) *B* Leta *C* Leta *HV* meo] *gloss.* ingenio *O* meā *l* mee *H* querent *Y* quaerunt *l* quaerens *G* iam sera] per tanta *G* uolumine *Hϵα*, *Bembus* uolumina *Ψω* fame *H* 33 hellespontus *BHY* ellespontus *Vl* 34 Grecia *BCHVYl* cum] nō *Kl* contenuit *in litura G* timuit *certo legi non potuit in O* uenientis *VYlϵ* uenientis (e *suprascr. m. rec.*) *B* uenientes *H* uehementis *C* (*in ceteris utrum* i *an* e *sit nescio*) 35 molli *Hauptius in nuntiis acad. Berol.* (mollis *idem de Calpurn. et Nemes.* p. 30) set *Y* tenuis *Hauptius l. prius l.* decurrere carmina *scripsi cum Heinsio.* pede currere carmina *Ψψ*, *Bembus* pede carmina currere *GOV* percurrere carmina *t* decurrens carmina *prop. Heinsius* decurrens carmine *Hauptius* percurrens carmina *Gronovius* versu et *scripsi, quod in rudiore poeta tolerandum esse duco.* uersu est *t* uersu *Ψψ*,

viribus apta suis Phoebo duce ludere gaudent.
haec tibi sacra, puer venerabilis. ut tibi certast
gloria perpetuum lucens, mansura per aevum:
sic tibi sede pia maneat locus et tibi sospes
debita felicis numeretur vita per annos,
grata, bonis lucens. sed nos ad coepta feramur.
Igneus aetherias iam sol penetrarat in arces
candidaque aurato quatiebat lumina curru,
crinibus et roseis tenebras Aurora fugarat:
propulit e stabulis ad pabula nota capellas
pastor et excelsi montis iuga summa petivit,
florida qua patulos velabant gramina colles.
iam silvis dumisque vagae, iam vallibus abdunt
corpora, iamque omni celeres e parte vagantes

Bembus uersum *Y* versus *Hauptius* 36 arta *l* meis *H* g *G* gaudet *Ωψ*, *Bembus* 37 Haec *α* Hec *V* H *O* Et *GL* *dae Pithoei*, *Bembus* Hoc *Ψψ* tu *Bembus* sacra *scripsi* sancte *Ψω* pue[r] (r *m. rec.*) *H* pater *C* venerabilis *Bembus* rabilis *ABCPYlϵ* memorablis *V* memorabitur *GLOt*, *schedae* memorabile *H* uenerabile *E* mortalibus *α* memoraberis *Schr* Huc tu sancte puer memor adsis *coni. Vossius* certa est *B* certet *Ψω*, *Bembus* cernet *C* crescet *Silligius* 38 lucis *P*, *bus* 39 sic *scripsi* Et *Ωω* te *α* 40 felicis *BCOVY* *Hlϵ* (*reliqui utrum* e *an* i *habeant nescio*) numeretur *Gronovii* moretur *Ψψ*, *Bembus* memoret *C* memoratur *H m.* 1 41 li sed] si *V* nō, *corr. m. rec.* no[s] *H* feramur ł ferantur (*ho* *eadem vel paulo recentiore'*, *ut adnotavit Vossius*) *Y* 42 bus *O* aethereas ϵ ethereas *HOV* etheneas *l* aethneas *G* aetna etneas *exc. Pithoei* Oetaeas *Scaliger* penetrarat *distincte leg* *potuit in O* penet[ra]rat (ra *suprascr. m. rec.*) *B* penetrauerat *l* trabat *H* in *om. l* 43 Candita *l* 44 Criminibus *A m.* 1 Corni fugabat *Eϵ* 45 et (*i. e.* ec) estabulis *H* a stabulis *l* pascua nota *C* laeta *PYωϵα*, *Bembus* lęta *B* leta *HOVl* 46 summa i 47 florida *Iacobsius spec. emend.* p. 89 Lurida *Ψψ*, *B* Luridas *P* Lucida *Ll* (*cf.* v. 102) Humida *O*, *exc. Pithoei* *Heinsius* herbida *Schraderus* rorida *Hauptius* q̃ *V* q *H* ue *PY* ue̥llabant *H* flores *OV* 48 uage *Y* raget *V* m *E m.* 1 addūt *V* 49 e] et *H* se *OV*

scrupea desertae surrepunt ad cava rupis: 51
tondentur tenero viridantia gramina morsu, 50
pendula proiectis carpuntur et arbuta ramis
densaque virgultis avide labrusca petuntur.
haec suspensa rapit carpente cacumina morsu
vel salicis lentae vel quae nova nascitur alnus, 55
haec teneras fruticum sentes rimatur, at illa
imminet inrigui praestanti marginis ulvae.
talibus in studiis baculo dum nixus apricas 98
pastor agit curas et dum non arte canora
compacta solitum modulatur harundine carmen: 100
tendit inevectus radios Hyperionis ardor

---

51. 50 *hoc ordine Bembus*, *inverso* *Ωω* 51 Stupea *l* deser-
ıe *Bembus* desertas *BCEYεα* desertis *AHPVtψ* destis (ſ *priore
orr. ex p*) *l* surrepunt *scripsi*. herebant *BH* haerebant *CYψεα*
ɔrebant *Pt* haerebat *Kl* errabant *Kmg.*, *OV* perrepunt *Bembus*
.ıpis *G*, *Bembus* ripis *HO* rupes *Ψψ* 50 tondentur *Bembus* Ten-
ebant *C* Tondebant *Ψω* uiridancia *Y* 53 auidę *B* auidae *Y*
petuntur *Nonius* p. 211, 27 *testatur*. petita est *H* 54 Hec
IVY Haeret *G* rapit *om. G* cácumina, *corr. m. rec.* cauımina *B*
55 Vel *EG*, *Bembus* Hec *HVY* Haec *Ψψ*, *sed litterae* H *non
ɔlita forma in B* lente *H* mente *Pt* que *Y* nascitur ł pasci-
ır *Y* almis, *corr. m. rec.* alnus *B* almas *A* 56 hec *H* fructicū
ɜntes *V* fructi cūsentes *C* fraticū seńtes *l* rimator *H* ruminatur
l miratur *G* 57 Inminet *V* Iminet *l* inrigui *Scaliger* inriui
Ψω et riui *H* praestanti *vel* properanti *Scaliger* praestantis *Ψω*
restantis *Y* prautis *V* marginis *Scaliger* imaginis (ymaginiſ *H*) *Ωω*
ulvae *Hauptius* unda *Gl* undam *Ψψ*, *Bembus* undae *Scaliger*
'ersus 98—103 *post* 57 *ponendos esse demonstravi l. l. p.* 102
ı.: vulgatum ordinem libri tuentur, *sed in B v.* 98 *non*, *ut solet
ı capitis initio fieri*, *utque v.* 104 *insignitus est amplioribus minia-
sque litteris. praeterea v.* 98 *sq. ordine inverso in V. inter-
ɔdunt autem inter v.* 57 *et* 104 *versus quadraginta*, *ut facilis
ɔniectura sit post integrum folium sex illos a librario transpositos
ıisse. summa licentia in toto hoc loco grassatus est Scaliger.*
98 apricam *V* (apricus *Y teste Vossio*) 99 canoras *Y teste
'ossio* 100 Conpacta *BVY* Compacto (a supra) *C* solitum *AE* solidum *Ωψ*,
'embus harundine *BVY* arundine *Ψω*, *quantum scio.* 101 in
ıectos *Bembus* ∂cuectus ϵ radio *H* yperionis *C*; *item*, *sed m. rec.
ıctum* ypinionis *B* ypirionis *Y teste Froehnero* hiperionis *V* Rapi-
ionis *Y teste Vossio* ardoris *Y teste Vossio*

lucidaque aetherio ponit discrimina mundo,
qui iacit Oceanum flammas in utrumque rapaces. 103

O bona pastoris (siquis non pauperis usum '58
mente minus docta fastidiat et probet illis
somnia luxuriae spretis), incognita curis,
quae lacerant avidas inimico pectore mentes!
si non Assyrio fulgent bis lauta colore
Attalicis opibus data vellera, si nitor auri
sub laqueare domus animum non angit avarum
picturaeque decus, lapidum nec fulgor in ulla
cognitus utilitate, manum nec pocula Graiam
Alconis referunt Rhoecique toreuma, nec Indi
conchea baca maris pretio est: at pectore puro
saepe super tenero prosternit gramine corpus,

---

102 aethereo ϵ ęthereo *l* ethereo *HV* 103 Qui *l* (*sc. aetherius mundus*) Q̦aia *m.* 1 *ut vid.*, Qua *m. rec. B* Qua *Ψψ*, *Bembus* Cum *E* Dum ϵ occeanum *V* oceanus *BCE*ϵ capaces ϵ 58 siqui ϵ 59 minus *Heinsius* prius *Ωω* probat *H m.* 1 illi *l* illa *G* 60 somnia *Hauptius* Omnia *Ωω* munera *Silligius* luxorię *BY* luxoria *P* spretis *Kl*, *quod verum esse intellexit Silligius.* sp̄tis *V* preciis *Y* pretiis *Ψψ Bembus*, *nisi quod* prauis *extare in vetere quadam membrana*, '*in qua paucula ex hac digressione excerpta erant*' *Scaliger narrat: Parisina excerpta dicit Hauptius.* curis] uitans *membrana Pithoei* 61 mimico, *corr. m. rec. B* 62 Sed *G* assirio *BCVY* asirio *H* assirios *E* fulgent *Schraderus* fuerint *Ωω* bis] hic *G* his ϵ lauta, *suprascr.* ł lota *C* 63 Atalicis *H* Atalacis *V* 64 domus *GH* domos *Ψψ* augit *Y* tangit *G*, *Bembus* 65 Picture *Y* lapidis *G* nō *V* fulgo *Y* illa *GV m.* 1 66 manus *vel* manum *Hauptius relatt. acad. Berol. l. l.* manet *Ωω* movet *Schraderus* Graiam *vel* Grai *Hauptius* grata *GHKl* gratum *Ψψ Bembus* Graium *Heinsius*, *Marklandus ad Statii silv. p.* 92 67 Alconem *G* referunt *G* referent *Ψψ* referēt *V* referet *l* Rhoeci *Lachmannus Lucr. p.* 136 coeti *B* boeti *CPYl*ϵα, *Bembus* boeti *sive* bocti *V* bocthi *ψ* beti *H* doctum *G* que *om. G* 68 Ornat *G* bacha *G* bacha *CHVYl* pretio est at *BVlα Bembus* pretio (precio *Y*) est a *ACEHY*ϵ pretio est et *P* nec flagrat *G* praesto est, at *Heinsius* flagrans, at *Silligius* p̄uo, *corr. m. rec.* puro *H* 69 Sepe *Y* procumbunt ϵ gramine (*punctum m. antiqua*) *B* g̃mine *V* gramina *H m.* 1 *teste Vossio*, *sed tacuit Froehnerus*

florida cum tellus gemmantis picta per herbas
vere notat dulci distincta coloribus arva;
atque illum calamo laetum recanente palustri
otiaque invidia degentem et fraude remota
pollentemque sibi viridi cum palmite ludens
Tmolia pampineo subter coma velat amictu.
illi sunt gratae rorantes lacte capellae
et nemus et fecunda Pales et vallibus intus
semper opaca novis manantia fontibus antra.
quis magis optato queat esse beatior aevo,
quam qui mente procul pura sensuque probando
non avidas agnovit opes nec tristia bella
nec funesta timet validae certamina classis
nec, spoliis dum sancta deum fulgentibus ornet
templa vel evectus finem transcendat habendi,

---

70 cum] nūc *V* gemmatis *P* gēmātes *V* gemantes *H* gēminātes *l* 71 nouo *V* novat *Heinsius* dulci *Hlα Bembus* dulcis *ABCEPYϵ* duris *G* dubiis *KV*, *quod defendit Naekius Cat. p.* 50 distinora *V* dixtinta *l* districta *G* ligonibus *G* 72 illi *G* litus *G* recanente *ABCELPY* recante *l* recinente *H m.* 2, *Bembus* retinente *H m.* 1 *Vϵα* redimite *G* plaustri *Y* 73 *sq. inverso ordine G* 73 Otiaque inuidie *V* Otiaque inuidię *l* Otia deducit *G* degendo *G* et *GHP* ac *ϵα*, *Bembus*, *om.* *Ψψ* remota ẽ *l* 74 Pallentem *G* Pellentem *l* sui *Heinsius et Schraderus* uiridem *G* ludens *ex membrana Pithoei Scaliger* lucens *Ψψ*, *Bembus* luces *l* hace *G* 75 Tmolia *ϵα* Thmolia *P* Thmolia *Y* Tmolia *eras. et m. rec. factum* Mollia *B* Pmolea, *m. rec. factum* Pτmolia *H* Molea *C* Molia *m.* 1, Mollia *m.* 2 *A* Thentolia *V* Mollis *l* vitea *Bembus* uolat *V* 76 sunt] sicut *V* grate *Y* vaccae et *Wakefieldus* capelle *C* 77 uenus *ϵ* fecunda] secuȝ *V* palles *C* palles *H* et] tū *l* ce, *suprascr. m.* 2 et *H* uallibus imis *Hlϵα*, *Bembus* molliter racus *G* mollis Iacchus *scheda Pithoei* 78 *om. EF* Sed per *G* manancia *Y* mariantia *V*. 79 Qui *G* 80 Et qui *H* procul cura *l* procul dura *Silligius* potens pura *Heinsius. An procul prava?* 81 agnoscit *Vl* inhiavit *Heinsius* non *Bembus* 82 tenet *ϵ* ualide *l* ualida *H m.* 1 83 Nec *G* Quo *ϵ* Non *Ψψ*, *quantum scio*, *Bembus* sc̄a *C* ornat *Hl* 84 vel evectus *Bembus* [Nec]euectuſ (*suprascr. m. antiqua, fortasse eadem*) *B* nec euectuſ *EGHPVYlϵα* nece uectus *A* nec euentus *C* n[c] uectus *l* nece evectus *Hertzbergius* transcendat *Bembus* transcendit *Ωω*

advorsum saevis ultro caput hostibus offert?
illi falce deus colitur, non arte politus;
ille colit lucos, illi Panchaia tura
floribus agrestes herbae variantibus adflant;
illi dulcis adest requies et pura voluptas,
libera, simplicibus curis: huc imminet, omnis
dirigit huc sensus, haec cura est subdita cordi,
quolibet ut requie victu contentus abundet
iucundoque levet languentia corpora somno.
o pecudes, o panes et o gratissima tempe
frondis hamadryadum, quarum non divite cultu
aemulus Ascraeo pastor sibi quisque poetae
securam placido traducit pectore vitam!
  Et iam compellente vagae pastore capellae
ima susurrantis reptabant ad vada lymphae,
quae subter viridem residebant caerula muscum;

---

85 Aduorsum *V* Aduersum *Ψω* sceuis *H* sociis ε hostilibus *V* 86 filce *B* alte, *m. rec. corr.* a^{r}te *B* alte *PY* 87 pancāia *l* panchasia *V* Panchaica ε *Bembus* t^{h}ura *l* thura *AH*ε 88 herbae *GVl* herbe *H* herbis *Ψψ* adflant *Hauptius* adsunt *Ψω* assunt ε austro *l* 89 uolūtas *l* uoluntas *H* 90 sollicitis *Schraderus* huic *EVYl*εα inminet *H* eximit *G* 91 haec] hac *V* 92 Qualibet *H*εα requie *HV*εα, *Bembus* requiē *Y* requiem *Ψω* uictu *HVl*, *Bembus* uictus *Ψψ* uictos *in litura A* motus ε contemptus *l* contemptor ε habundet *CV* 93 Iocundo *BHYl*ε que *om. l* levet *Heinsius* libet *Pt* licet *AB m.* 1 *CEY* liget *GV* locet *B m. rec. HK*εα, *Bembus* donat *l* domet *Kmg.* languencia *Y* sompno *V* 94 o] S *Y* pecus *l*ε et *om. C* atque *l* *Addito versu ge.* II 458 *desinit G* 95 frondis *Heinsius* Fontis *Ωω* amadriadum *ABEHVYl*ε amachriadū *C* fontibus, ac Dryades *Schraderus* fontis Hamadryasin *Silligius* fontibus Hydriadum *Ungerus* quarei *V* cult^{u}e (*corr. m. rec.*) *B* culte *AEPY* 96 ascreo *CHVY* sibi *om. V* poetae α *Bembus* poete *H* poeta *Ψω* 97 traducit *HVl*εα *Bembus* traducis *Ψω* curā ε 104 iam pallente uage fuerant *H* capelle *CH* 105 lene *Schraderus* susurrantis *C* reptabant *Heinsius* repedabant *C*, *Barthius* repetebant *Ψω*, *Bembus* repebant *Scaliger* limphae (*litura sub* i) *B* limphae *CY* linphe *V* 106 residebat *l* resonabat *prop. Heynius* saliebat *Heinsius* cerula *CHY* garrula *Heinsius*

iam medias operum partes evectus erat sol,
quom densas pastor pecudes cogebat in umbras.
haut procul accessit luco residere virenti,
Delia diva, tuo, quo quondam victa furore
venit Nyctelium fugiens Cadmeis Agaue,
infandas scelerata manus ec caede cruenta:
quae gelidis bacchata iugis requievit in antro,
posterius poenam nati de morte datura.
hic etiam viridi ludentes panes in herba
et satyri dryadesque choros egere puellae
naiadum coetu. tantum non Orpheüs Hebrum
restantem tenuit ripis silvasque canendo,
quantum te, pernix, remorantur, diva, chorea

---

107 medians *Y* emensus *Schraderus* 108 Quom ϵ Cum *Ψω quantum scio* pecudens *C* agebat *C* umbref *H m.* 1 109 haut *scripsi.* Vt *Ψω*, *Bembus* Et ϵ accessit *Barthius* aspexit *Ωω* adspiciens *coni. Gronovius* cliuo *A* 110 diva] lina *l* condam *l* 111 nyctelium, *m. rec. factum in* /// etoliam *B* myctelium *Y* nictelium *HV* nictelliū *l* cadmei sagaue *B m.* 1 chatineis agaue *Y* 114. 112 *sq. hoc ordine H* Infanda *B* Infundens *l* ec *scripsi.* et *Ωω* e *Bembus* 113 bachata *BCHYl* baccata *V* 114 Posteri' *Y* poena *A* nati de morte *α* (nati se morte α^{1}) nati se // morte (*litura post* se) *B* natis est morte *C* (te *suprascr.*) nati se morte *vel* natis e morte *Ψω*, *Bembus* datura *α* futu4 *H m.* 1 futuram *Ψω* (α^{1}), *Bembus* 115 panis *AP* herba. (*crasa una littera*) *B* 116 Et satyriades chorosque egere puelle *V* satiri *CH* driadesque (i *m. eadem corr. in* y) *B* driadesque *Cl* et quicunque *A* chorus *BEP* cohors *l* 117 Naidum (a *suprascr. m. rec.*) *B* Naidum *E* coetus *l* cetus *H* in coetu *Wakefieldus* et coetus *Heynius* non] Ñ *B* Orpheus *C in mg.*, *l Bembus* horpheuf *B m. rec.*, *Vα* oridus *C in textu* orridus *A* horrid' *Y* horridus *B in mg.*, *EHP* h . . . . *B m.* 1, *quod* hortylus *fuisse suspicatur Zangemeisterus* 118 ripis *Bϵα*, *Bembus* rupit *C* riuis *ALPVYlt* riuos *H* siluis *l* 119 Quantum *BEVlϵα*, *Bembus* Quam tum *A* Quam *CPYt* Qua *H* pernix, remorantur *Hauptius* pernix remorantem *K?Vl* pnigre morantem *B* per nigre morantem *ACE* p nigre morantem *Y* per nigrae morantem *P* p gira (pigra *suprascr. m. rec.*) morantem *H* nigre morantem *t* pernix remoratae *α* Peneu remorantem ϵ, *Bembus* Pentheu, remorantur *Heinsius* corea *H* choreae *α*

multa tuo laetae fundentes gaudia voltu,
ipsa loci natura domum resonante susurro
quis dabat et dulci fessas refovebat in umbra.
nam primum prona surgebant valle patentes
aëriae platani, inter quas impia lotos,
impia, quae socios Ithaci maerentis abegit,
hospita dum nimia tenuit dulcedine captos.
at quibus insigni curru proiectus equorum
ambustus Phaëthon luctu mutaverat artus
Heliades, teneris implexae bracchia truncis,
candida fundebant tentis velamina ramis.
posterius cui Demophoon aeterna reliquit
perfidia lamenta doli male provida Phyllis,
(perfide Demophoon et non deflende puellis!)

---

120 tuo *CHVlε* tuo *m.* 2, tuae *m.* 1 *B* tuae *Ψω* tibi *α*, *Bembus* laetae *Bε* letae *PV* laete *Al* lete *Y* late *CHl* laeto *Eα*, *Bembus* uulto *V* uultu *Ψω?* luctu *Pt* cultu *l* 121 domū *m. rec. suprascr. H* 122 molli ε fessus *l* fessos *H* resonabat *l* antro ε 123 Iam *l* surgebat *H* pa^t^rentef^us^ (*corr. m. antiqua*) *B* 124 Aeree *l* platani *AHPVYlα* platane (*suprascr. m. rec.*) *B* platanae *C* plata^erat^nos *E* platanus ε, *Bembus* inter quas (*suprascr. m. rec.*) *B* inter quas erat *α* interat q̃ſ *l* lothos *Vlε* 125 ithaci merentis *Bl* itachi maerentis ε ithari merētis *V* itacis merenti *H* ita chimerentis *PY* sic hac imerentis *C* adegit *H* 126 enimia *l*
127 Et *HPlt* e *Y* insigni] ignipedum *Heinsius* cursu *l* prouectus *l* 128 Ambustus *Hlα* Ambustos *Ψω*, *Bembus* phaeton *lε* phoeton *ABCEY* pheton *H* feton *V* fluctu *l* motauerat (*corr. m. rec.*) *B* mutauerit *V* artus *om. A* arctus *H* 129 Haeliades *C* Eliades *V* implexae *Heinsius* amplexae *Ψω* amplexa ε bra^c^chia *BHVYε* brahia *C* trunci^s^a *C* truncu *V* 130 pandebant *Schraderus* teneris, *in mg.* tentis *K* teneris *Hl* 131 Posteris *Y* post etiam *Heinsius* qui *Vε* demophon *Vε* demophoun *H* r^e^liquit *H* reliquid *Y* 132 perfidia ε, *Silligius* Perfidiā *l* Per fidiam *B* Perfidiam *Ψω*, *Bembus* lamenta, doli *Hauptius* lamentandi *Ωω* male *Bothius* mala *Ωω* provida *Silligius* perfida *ABCEPlε*, *Bembus* perfidia *Yl* perfide *HVα* perdita *prop. Handius* Phyllis *Handius* multis *Ωω* 133 *in textu om. A(?)B*, *Bembus*, *in mg. m. rec. add. B* demophon *Bmg. Vε* demopheon *H* et] i *Vl* non

quam comitabantur fatalia carmina quercus,
quercus ante datae Cereris quam semina vitae
(illas Triptolemi mutavit sulcus aristis).
hic magnum Argoae navi decus edita pinus
proceros decorat silvas hirsuta per artus
ac petit aëriis contingere motibus astra.
ilicis et nigrae et species Lethaea cupressus
umbrosaeque monent fagus hederaeque ligantes
bracchia, fraternos plangat ne populus ictus,
ipsaeque escendunt ad summa cacumina lentae
pinguntque aureolos viridi pallore corymbos,
quis aderat veteris myrtus non nescia fati.
his suberat gelidis manans e fontibus unda, 148
quae levibus placidum rivis sonat acta liquorum.
at volucres patulis residentes dulcia ramis 146
carmina per varios edunt resonantia cantus;

Bmg., *Hauptius* nunc *Ψω* deflende *Scaliger* defende *EFΨ* δRande *Bmg.* defuncte *H* puellas *V* puellam *Bmg. EFlεα* 134 comitabatur *l* 135 ante] an *V* 136 Illis *C* triptolemi (e *m. rec. corr. in* o) *B* triplolomi *H* tritolomi *l* tritolemi *V* triptopoli *E* motauit (u), *m.* 2 *factum* .notauit *B* 137 argo enaui *B* argoe naui *Y* argoe uani *C* argo aenaui *E* argoe nauis *H* arge maius *l* daeus *E* adita *V* abdita *l* 138 Proceros *B*, *Heinsius* Proceras *Ψω*, *Bembus* hirsuta per arctus *C* hirsuta per artes *H* hirsutaque taxus *K* hyrsutaque taxus *l* 139 ac petit *Heinsius* Appetit *Ωω* aereis *BHVY* aerei *l* coniungere *α*, *Gronovius obss.* II 3 motibus *Scaliger* montibus *Ωω* 140 et species *Heynius* species et *Ωω* Lethaea *Gifanius* leta *BHVY* laeta *Ψω*, *Bembus* lenta *coni. Vossius* cum pressus *Y* 141 Imbrosae *Y* monent *Silligius* manent *Ωω* hedere *Y* ligantes *Hlα* ligantis *Ψω*, *Bembus* 142 Brachia *BCHVYε* fraternus *P* plangent me, *corr. m.* 2 plangant ne *H* ne plangat *l* hictus *Y* artus *ε* 143 Ipse *Y* escendunt *Heynius* excedunt *Ωω* lente *HV* 144 palore *H* corimbos *BCHY* conbos (*h. e.* corībos) *V* 145 martus (a *m. eadem corr. in* y) *B* mirtus *HV* facti *H* 148 *sq. ante* 146 *cum excerptis Parisinis Hauptius, vulgato ordine Ωω* 148 Hic *l* Hys *H* suberat *εα* superat *Ψω* undas *l* 149 acta *Vl* orta *Ψω*, *Bembus* liquorum *Hauptius* liquorū (e) *C* liquorem *Ψω*, *Bembus* 146 Ad *V* Et *P*

et quaqua geminas avium vox obstrepit aures,
hac querulas referunt voces quis nantia limo
corpora lympha fovet; sonitus alit aëris echo,
argutis et cuncta fremunt arbusta cicadis.
at circa passim fessae cubuere capellae
excelsis supter dumis, quos leniter adflans
aura susurrantis poscit confundere venti.
Pastor, ut ad fontem densa requievit in umbra,
mitem concepit proiectus membra soporem,
anxius insidiis nullis, sed lentus in herbis
securo pressos somno mandaverat artus:
stratus humi dulcem capiebat corde quietem,
ni fors incertos iussisset ducere casus.
nam solitum volvens ad tempus tractibus isdem
immanis vario maculatus corpore serpens,
mersus ut in limo magno subsideret aestu,

---

150 Et quaqua *B*, *Barthius: cf. Ovidius metam.* VI 376 *laudatus a Naekio Cat. p.* 290 Et q̃q *V* Et q̃. q̃. *H* Et quanq̈ (*h. e.* quamquam) ϵ Et quaq̃ *l* Et quamquā *C* Et quamquam *Ψω*, *Bembus* Hinc illi '*ex veteri*' *Scaliger* astrepat *H* 151 Ac *V* Has *t* nec *H* Hanc ϵα hinc '*ex veteri scheda*' *Scaliger* querulas '*ex veteri scheda*' *Scaliger* querulae *Ψω*, *Bembus* querule *HV* uoces referunt *V* nautia *V* 152 limpha *BH* limpla *V* probet *l* uouet *H m.* 1 senitus *Y* etheris *V* 153 tremunt *V* arbusta *Heinsius* ardore *Ωω* cicatis (d suprascr.) (*corr. m. ant.*) *B* 154 Et *H*ϵ circum *l* fusae *Schraderus* 155 excelsis subter *Heynius* Excelsisque super *Ωω*, *nisi quod* super *in mg. habet E.* excelsos subter dumos *Schraderus* quos *Bembus* que *AV* q̄ *H* quę *Y* quae *Ψψ* leniter ϵα, *Bembus* eleuiter *A* leuiter *Ψψ* afflans *CVYl*ϵ aflans *H* 156 susurantis *HY* possit *l*ϵα, *Bembus* uentis *V* 157 fon tes ϵ 158 Mitẽ *H* concoepit *C* periectus *V* 159 Ansiu *V* set *Y* herba *l* 160 fessos *Nodellius obss. critt. p.* 38 sompno *VY* mandauerit *H m.* 1 161 soporẽ *V* 162 Si *H* fortis inceptos iussisse *V* 163 isdem *Bembus*, '*ex veteri scriptura et editione*' *Scaliger.* idem *K*ϵ ide *V* idae *B* idae *ACPY* yd[illegible]e *E* idae, *suprascr.* hydra *t* idra *Kmg. l* hydre *H* hydrae α[1] 164 Inmanis *CH* Immunis *l* 165 subsideret *Bembus* subseditur *l* subsideris *Ψω* subsyderis ϵ estu *Y*

obvia vibranti carpens gravis ore trilingui,
squamosos late torquebat motibus orbes:
mollibant aurae venientis flamina nisus.
iam magis atque magis corpus revolubile volvens
attollit nitidis pectus fulgoribus, ecfert
sublimi cervice caput, quoi crista superne
edita purpureo lucens iactatur amictu,
aspectuque micant flammarum lumina torvo.
nictatur late circum fera, quom videt ingens
adversum recubare ducem gregis. acrior instat
lumina diffundens intentuque obvia torvo
saevius arripiens infrendere, quod sua quisquam
ad vada venisset. naturae comparat arma:
ardet mente, furit stridoribus, intonat ore,
flexibus en versis torquetur corporis orbis,

---

166 ore trilingui *Schraderus* aere lingua (ling *H*) Ψω aera lingua *Hlεα*, *Bembus* 167 squamosis *H* motibus *CHα* mōtibus *Vl* montibus *del.* n *m. rec.* *B* montibus *AEPYε* 168 mollibant *conieci.* Tollebant · Ψω Pallebant *α* uenientis, *in mg. m. rec.* l. uiuentis *B* uiuentis ε liuentis *α* flamina *scripsi.* ad omnia *Ωω* nisus *scripsi.* nissus ε uisus Ψω squalebant viro vitiantes omnia rictus *Kochius* 169 reuobile *P* resolubile *Heinsius* 170 Actollit *V* pectus nitidis ε corpus *V* frigoribuſ *l* ecfert *scripsi* (*olim* ecce). et fert *α*¹ et se Ψω exit *Schraderus* atque *Paldamus* 171 caput] rapit *Bembus* quoi *V* cui Ψω cui crista supernae *m.* 2, flammarum lumine toruo *m.* 1 *l* 172 purpurea *l* iactatur *conieci.* maculatur Ψψ, *Bembus* miculatur *H m.* 1 maculator *Q* 173 micant εα, *Bembus* micat Ψω flammantia εα, *Bembus* lumina *Aεα*, *Bembus* lumine Ψψ numine *Q* 174—176 *om.* ε 174 nictatur *conieci.* Metabat Ψω Metebat *H m.* 1 metata est *Silligius* metatur *Hauptius* late *V* sese Ψω *Bembus* fera *scripsi.* loca *Ωω* quom *V*, *om.* *F* cum Ψψ uidens (t *supra*) *corr. m. eadem B* anguis *Hl*, *varia lectio in K* 175 recubere *H* gregis (g *supra*) *C* grecis *V* 176 intentuque *scripsi.* intendere et Ψψ, *Bembus* inten . . . tenet *F* intentus et *α* intenta, ore *prop. Heynius* tornus *H* intendere toruo et obuia *P* 177 saevius *Bothius et Silligius* Saepius *Ωω* infrendere *Lε* infringere Ψψ, *Bembus* 178 *om.* *A* naturae] nē *V* matura *Yl* conparat *Y* 179 stridonibus (r *supra*) (*corr. m. rec.*) *H* insonat *Schraderus* 180 en versis *scripsi*, *cum olim* en curvis *temptaverim.* et uersis *Hε* euersis Ψω, *Bembus.* *fuit qui* adversis *proponeret.* in-

manant sanguineae per tractus undique guttae,
spiritus erumpit fauces. quo cuncta parante
parvulus hunc prior umoris conterret alumnus
et mortem vitare monet per acumina. namque
qua diducta genas pandebant lumina somnis,
hac senioris erat mature pupula telo
tacta levi, quom prosiluit furibundus et illum
obtritum Morti misit: quoi dissitus omnis
spiritus excessit sensus. tum torva tenentem
lumina respexit serpentem comminus; inde
impiger, exanimus, vix compos mente refugit,
nescius aspiciens; timor obcaecaverat artus, 199
ergo tardus erat: somni languore remoto 198

---

versis *Heynius* torquentur *Q* corpibus *H* corpora in *Heinsius* orbes *l* 182 Spiritus *FQ*, *Heinsius* Spiritibus *Ωψ*, *Bembus* erumpit *Heinsius* rumpit *Ωω* quo *Ascensiana* cui *Ωω* parante *Scaliger* paranti *Ωω* *dativos frustra defendit Naekius Cat. p.* 304 183 huic *H* propior *H* properans *Hertzbergius* humeris *F* humoris *Ωψ* contereт *QY* (*teste Vossio*) conterit *C* tenet *H* tentat *Hertzbergius* alumnis *C* alūpnus *H* 184 manet *C* culmina ϵ 185 Queͅ *l* deducta *l*ϵ genae *Bothius* pandebat *m.* 2, pandebit *m.* 1 *H* patebant *Fl* pingebant *Wakefieldus* somnis *conieci.* gentis *l* gemmis *Ψω*, *Bembus* 'culex provolavit atque inter duo tempora aculeum fixit pastori' *Donatus in vita Verg. p.* 58 *R.* 186 Hoc *H* Ac *E*ϵ*α* At *l* senioris *CVl*ϵ seuioris *H* se moris, *in mg. m. rec.* l' senioris *Bl* se moris *AEPY* leuioris *α* saevioris *Bembus* mature *Bothius* nature *H* nē *V* natura *P* naturae *Ψω*, *Bembus* ac senioris erat naturae *parenthesin habet Hertzbergius* popula *EHPt* pabula *Cl* tello *H* 187 tacta *Schraderus* lacta *ABCEPQY* Icta *HV*ϵ*α*, *Bembus* lȩta *l* quom *V*ϵ cum *ABCEHPQYlt* tum *α*, *Bembus* 188 quoi *V* cum *H* cui *Ψω?* clissitus *B* 189 Spe3 *V* Siritus *l* sensus *fortasse genetivus est.* sensum *H* sensim *Vα* membris *Heynius* cū *CH* 190 Lumine *H m.* 1 cominus *HVY* quominuſ *l* ille *l* 191 Inpiger *H* exanimis *PVl*, *Bembus* resurgit *HKVl* 199. 198. 200. 192—197. 201 *hoc ordine restitui: vulgatum libri tuentur.* 199 Nescis *Y* ob cȩcauerat *B* obcecauerat *CHPY* excecauerat *V* excitauerat *l* 198 ergo tardus erat *scripsi.* et quod erat tardus *Ωω* utque erat haud tardus *Heinsius* somni *α*[1] omni *Ψω* langore *HVYl* et quod erat tardi somni l. r. Acrior ac pallens timor haud caecaverat a. *Kochius* et quod erat tardo somni languore remotus, Nec senis aspiciens t. occaecaverat a. *Hertzbergius*

hoc minus implicuit dira formidine mentem, 200
set validum dextra truncum detraxit ab orno 192
(quam casus sociarit opem numenve deorum
prodere sit dubium, valuit sed vincere talis
horrida squamosi volventia membra draconis) 195
atque reluctantis crebris foedeque petentis
ictibus ossa ferit, cingunt qua tempora cristae:
horribilis circum vidit se sistere formas 80
piscibus et canibusque malis vallata repentest 79
(heu quotiens mirata novos expalluit artus!
ipsa suos quotiens heu pertimuit latratus!),
ausa quod est mulier numen fraudare deorum
et dictam Veneri votorum avertere poenam,
quam, mala multiplici iuvenum quod saepta caterva
vixit eratque animo meretrix iactata ferarum,
infamem tali merito rumore fuisse
docta Palaephatia testatur voce papyrus:

---

71 comiserat *HR* 72 timidam sicca *Hauptius* timidam seua *AHLϵ* "scaeuam" nudā *R* nudam saeua *Loensis l. l.* 25, *α*[1] timidam flava *Heynius* nudam fulva *Kochius* complexit *HR* 73 carte *HR* amphitrite *H* amphitritę *R* 74 Ast tamen *Hϵ* poennas *R* 75 tum *Lϵ* sui *Nic. Loensis*, *Scaliger* suę *L* suae *Aϵα* tuę *R* tue *H* pheheretur (*corr. m. rec.*) *H* altę *R* 76 miseret *R* 77 prohibent *R* omnis *H* oñs *Rϵ* omnes *Lα* 78 questu *R* procularet *H* spoliaret *Lϵ* 80. 79 *sic collocavit Hauptius: inverso ordine HLRϵα* 80 horribilis *H* Horrib *in ras. m. eadem R* horribiles *Lϵα* sibi sistere *Lϵα* 79 canibus rapidis *L* canibus rabidis *ϵα* fallata (*corr. m. rec.*) *H* ualata *R* repentest *Hauptius* repente est *HLRϵ* repente, *om.* est, *α* 81 Neu *H* expaluit *H* 82 pertimuisse *L* pertinuisse *ϵ* 84 edictam *Aϵ* avertere *Scaliger ad Euseb. p.* 54[b] *a.* 1658 uertere *HLRϵα* praedam *vel* partem *Schraderus* lucrorum . . . partem *vel simile quid flagitari monuit Hauptius* 85 mala] modo *α* septa *R* 86 vixit eratque *Hauptius* Dixerat atque *HLRϵα* vixerat atque (*v.* 85 quae) *Scaliger* 87 merito rumore *Nic. Loensis* merito4 more *HLα* meritorum more *Rϵ* 88 Palaephatia *α*[1] palepaphie *AHϵ* palepaphię *L* palepaphiae *R* papyrus *α*[1] pachinus *HLR* pachinnus *A* pachynus *ϵ*

quidquid et ut quisque est tali de clade locutus,
Mnemosyne, potius liceat notescere cirin;
atque unam ex multis Scyllam non esse puellis.
quare quae cantus meditanti mittere curtos
magna mihi cupido tribuistis praemia, divae
Pierides, quarum castos alabastria postes
munere saepe meo inficiunt foribusque hyacinthi
dependent flores aut suave rubens narcissus
aut crocus alterna coniungens lilia calta
sparsaque liminibus floret rosa, nunc age, divae,
praecipue nostro nunc aspirate labori
atque novum aeterno praetexite honore volumen.
  Sunt Pandioniis vicinae sedibus urbes
Actaeos inter colles et candida Thesei
purpureis late ridentia litora conchis,
quarum non ulli fama concedere digna
stat Megara, Alcathoi quondam munita labore,
Alcathoi Phoebique: deus namque adfuit illi;

---

89 Quicquid *HLR*ϵα quisquis tali *AL* quisqȝ tali ϵ loquutus *L* 90 Mnemosyne *Hauptius* Omne suam *R* Omnia sim *H* Omnia sunt *L*ϵ Omnia sint α pocius *H* cirim *H* cyrim *R* crein *L*ϵ 91 syllam *R* 92 et quae *AL*ϵ meditati *L* medietati ϵ curtos *scripsi.* certos *A*ϵα cocos (e *suprascr. m. rec.*) *H* caecos *R* laetos *L*, *Hauptius* doctos *Bergkius mus. Rhen.* VII 160 93 magna mihi α[1] Magnaȝ hii *H* Magnam hi *R* magna nimis *AL*ϵ cupidos *A* cupidis *L*ϵ tribuisti *AL*ϵ diuae α[1] diua *AHLR*ϵ 94 alabastria *Bergkius* altaria *HLR*ϵα calparia *Hauptius* libamina *Silligius* 95 floribus *R* iacincti *H* iacēti *R* 96 *cf. ecl.* III 63 dependent *Heinsius* Deponunt *HLR*ϵα narcisus *R* 97 *cf. ecl.* II 50 calca *R* 98 luminibus *L* lumībus ϵ limibus *A* agite *R* 99 labori (*corr.* i *m. eadem in* e) *H* 100—135 *post* 172 *A* 100—105 *om., m. rec. in mg. add. H* 100 pertexite α 101 *litteris maiusculis scriptus in L* paridioniis ϵ 102 acteos *L*ϵ Actheos *R* colloes *R* Thesei] tempsa *L* thes ϵ 103 late] lateri *H mg. R* later ϵ lictora *L* littora *R* 104 nulli *LR*ϵ 105 alcathoi *H* acthei *R* actei *L*ϵ attei *A* Actaei α acter *H mg.* munita *H*α mutata *AH mg. LR*ϵ 106 Alcathoi α[1], *Locensis*, Allcato (h suprascr.) *H* Alcathoae *R* Arcadio *L*ϵ Archadio *A* phoeboque *A* decus *ALR*ϵ nanq: *LR* affuit *HLR*

unde etiam citharae voces imitatus acutas
saepe lapis recrepat Cyllenia murmura pulsus
et veterem sonitu Phoebi testatur amorem.
hanc urbem ante alios qui tum florebat in armis
fecerat infestam populator remige Minos,
hospitio quod se Nisi Polyidos avito
Carpathium fugiens et flumina Caeratea
texerat. hunc bello repetens Gortynius heros
Attica Cretaea sternebat rura sagitta.
sed neque tunc cives neque tunc rex ipse veretur
infesto ad muros volitantis agmine turmas
reicere et indomita virtute retundere Martem,
responsum quoniam satis est meminisse deorum.
nam capite a summo regis (mirabile dictu)
candida caesaries (florebant tempora lauro),
at roseus medio surgebat vertice crinis;

---

107 citare *H* cytharę *LR* imitatus *Hα* imitatur *A* ĩmittatur *R* imitant˜ *L* imitantur ϵ 108 cillenia *H* murmura *R* munera *Hϵα* męnia *L* 109 ut *A* solitū̇ (ū̅ *m. rec.*) *H* solitū̅ *R* amorem *R* honorem *HLϵα* 110 ante] inter *R* tunc *R*· fore[u]bat (u *m.* 2) *H* ferebat *R* 111 populato *H* populata *R* 112 hospitio quod se Nisi Polyidos avito *post Contarenum var. lect.* 8 (*qui quo voluerat*) *Heynius* hospicioq. senis hypolidosa uito *H* hospicioq3 senis hipolidosa uiro *R* hospitioq3 senis hypolidosa uicto ϵ hospitioq: senis (e *in litura m.* 1) *reliquo versu mutilo* α[1] hospitioq; senis hypolidos auito α hospitio quod seni fuit hippolidosaque uicto *A* hospitio qua se Nisus Pelopeus avito *Scaliger* 113 Carpatium *H* Carpat[h]iū *R* Caeratea *Scaliger* ceratea *HLϵα*[1] cerathea *AR* 114 huc *Lϵ* Gortynius *vulgo* cortinius *Hα* corynthius *L* Corinthius ϵ continuis *R* 115 actica *L* Atica *R* crethea *L* cretea *R* ruta *R* 116 tum *bis Hauptius* 117 Infoesto *R* Infestos *HLϵ* ad *om. L* uolitantes agmine *R* uolitante (e *m. rec. corr. in* i, *suprascr.* s) exagmine *H* uolitanti ex agmine *ALϵα* 118 reicere *Heinsius* Dicere *HR* Ducere *Lϵα* vincere *Silligius* et *m.* 1 *in litura L* indomita ϵα indomitas *HLR* Martem *Heinsius* mentes *HLRϵα* gentes *Heinrichius* 120 ab *H* 121 cesarie *H* cęsarie *R* frondebant *R* tempore ϵ 122 *cf. Catulli* LXIV 309 At α Et *AHLRϵ* fulgebat α

cuius quam servata diu natura fuisset,
tam patriam incolumem Nisi regnumque futurum
concordes stabili firmarunt numine parcae.
ergo omnis caro residebat cura capillo,
aurea sollemni comptum quem fibula ritu
Cecropiae tereti nectebat dente cicadae.
 Nec vero haec urbis custodia vana fuisset,
nec ruerat, ni Scylla novo correpta furore,
Scylla, patris miseri patriaeque inventa sepulchrum,
o nimium cupidis Minoa inhiasset ocellis.
sed malus ille puer, quem nec sua flectere mater
iratum potuit, quem nec pater atque avus idem
Iuppiter (ille etiam Poenos dormire leones
et rabidas docuit vires mansuescere tigris,
ille etiam divos, homines — sed dicere magnum est),
idem tum tristis acuebat parvulus iras.
Iunonis magnae, cuius periuria divae
olim di meminere, ut iam periura puellae
nulli non liceant, violaverat inscia sedem,

---

124 Nisi se *H* inse *R* 125 *cf. ecl.* IV 47 firmarūt *R* firmarant *maluit Heynius* numina *H* 126 caro α^{1} cano *AHLRε* 127 solēpni *H* solemni *R* quem *Loensis*, *α* $\overset{o}{q}$.(o *m.* 2) *H* $\overset{o}{q}$: *L* $\overset{o}{q_3}$ ε quoq3 *R*α^{1} 128 Cecropiae *Scaliger* Corpselle *H* Corpselae *R* Corselle *ALε* Mopsopio *α* crobylus et *Loensis* nectebat *Lεα* nectebant *HR* cicade *R* 129 urbis *Heinsius* uobis *HLRα* nobis *Aε* votis *Scaliger* 130 hec *H* ruerat *scripsi.* fuerat *HLRεα* defuerat *Schraderus* ni *H* in *R* nisi *Lεα* si *Schraderus* sylla *R* correpta *Loensis l. l.* 26, *α* concepta *HR* cōcepta *Lε* 131 Sylla *R* 132 o nimium] Minoem *Heinsius* Minoa *Lachmannus Lucr. p.* 162 si non *HLRεα* Minoi *Schraderus* 135 eciam ille *H* dormire *scripsi.* domitare *HLRεα* 136 rabidas *Heynius* ualidas *HLRαε* rabidae *Heinsius* uictas *ALε* tygris *R* tygres *L* 137 mag^{ni}(*m. eadem*) *H* 138 cū *L* cum *A* tristis *HR* superis *ALε* par^{u}ulus (u *m.* 2) *H* 139 magnae] *lacuna in ε* 140 di *scripsi* se *HLRεα* si *Silligius* ut iam *scripsi.* diu *HLRεα* peritura *L* puelle, *m. rec. corr.* puella *H* 141 nulli non *scripsi.* Nulli (*om.* non) *L* Non nulli *HRεα* non ulli *Silligius* liceant *scripsi.*

dum sacris operata deae lascivit et extra
procedit longe matrum comitumque catervam,
suspensam gaudens in corpore ludere vestem
et tumidos agitante sinus aquilone relaxans.
necdum etiam castos gustaverat ignis honores,
necdum sollemni lympha perfusa sacerdos
pallentis foliis caput exornarat olivae:
cum lapsa e manibus fugit pila; cumque elapsa est,
procurrit virgo. quod uti ne prodita ludo
auratam gracili solvisset corpore pallam!
omnia, quae retinere gradum cursusque morari
possent, o tecum vellem tu semper haberes:
non umquam violata manu sacraria divae
iurando, infelix, nequiquam iura piasses.
at si quis nocuisse tibi periuria credat,
causa pia est: timuit fratri se ostendere, Iuno.

* * * * *

at levis ille deus, cui semper ad ulciscendum
quaeritur ex omni ventosa iniuria dicto,
aurea fulgenti depromens tela pharetra
heu nimium certo nimium torrentia nisu

---

liceat *HRα* Lictam, *suprascr. m.* 1 relictam *L* lictam ε licitum *Heinsius* 142 deae] hec dee ε 143 Procidit *R* macrū *R* catervam *Iuntina* caterua *HLRεα*[1] 145 agitare *R* 146 etiam] et *H* custos *H* castros *R* agitauerat *Lε* honoris *H* 147 solemni *HR* 148 exornat *R* exornatus *L* 149 lapse manibus *AHR* pyla *R* elapsa est *scripsi.* relapse *HR* relaxe[ss] (*suprascr. m. eadem*) *L* relaxe *A* relapsae α relapsa ε relapsa est *Heinsius.* 150 quo *Lε* 151 auratam *Iacobsius* Aurea iam *HLRεα* aurea tam *Heinsius* solvisses *Greenius* corpora α palla *Lε* 152 Omniaq. *H* 153 uelem[l] *R* tu *Silligius* tua *HLRεα* 154 unquam *R* manus *HR* 155 urendo *Silligius* infanda *Kochius* nequicquam *HLRεα* tura *Silligius* sera *Kochius* 156 at *scripsi.* Et *HLRεα* nocuisset *R* 157 se *scripsi.* te *HLRεα* vino *R* *post hunc v. quaedam excidisse suspicor.* 158 ad ulciscendum α[1] adolescendum *HR* adolescentum *ALε* 159 Queritur *R* uentosa *scripsi.* uerborum *HLRεα* verbo atque *Hauptius* dictu *H* facto *Hauptius* 161 certo *vir doctus apud Schraderum.* teret[r]

virginis in tenera defixerat omnia mente.
Quae simul ac venis hausit sitientibus ignem
et validum penitus concepit in ossa furorem,
saeva velut gelidis Edonum Bistonis oris
ictave barbarico Cybeles antistita buxo,
infelix virgo tota bacchatur in urbe,
non storace Idaeo fragrantis tincta capillos,
cognita non teneris pedibus Sicyonia servans,
non niveo retinens bacata monilia collo.
multum illi incerto trepidant vestigia cursu:
saepe redit patrios ascendere perdita muros
aëriasque facit causam se visere turris;
saepe etiam tristes volvens in nocte querellas

(r *suprascr. m. rec.*) *H* terret *R* tereti *Lεα* Terei *Scaliger* ce[illegible] *Schraderus* mentem et *Silligius* certa et *Keilius obs. crit. in Pr*[illegible] *sent. contr.* XI terrent *Puetzius* taetro *Hauptius* torrentia *Schra*-*derus* tiricia *R* thirincia *H* tyrynthia *L* tyrinthia ε tirynthia *α* feri[illegible] tia *vir doctus* penetrantia *Heinsius* terrentia *Keilius* irritantia *Sil*-*gius* nisu *α* uisu *HR* iussu *ALε* viro *Hauptius* 162 in tene[illegible] *Lεα* interea *AHR* defixent *H m.* 1 horrida *coni. Silligius* defixit acumina *Heinsius, fort. recte* 164 *cf. Catulli* LXIV 92 *sq*
165 Scaeua *R* uelud *HR* gelidis Edonum *Scaliger* gelilid sidonum *H* gelidi si donū *L* gelidis cyconum *α* gelidi Sidonū ε gelid sydonū *R* gelidi sitonum *A* gelidus Sython vel *Loensis* bisthonis *1* oris *Scaliger* in oris *α* honoris *Hα* honores *LRε* ore *A* ora *Loen*-*sis* gelidis Ciconum Bistonis in oris *defendit Bentleius ad Hor carm.* I 25, 11: *cf. Meinekius ad Steph. Byz. s. v.* Βιστονία
166 acta *Wakefieldus* tacta *Heinsius* cibeles *H* antista (it *m rec.*) *H* antistia *Lεα* antistica *R* 167 *cf. Aen.* IV 300 sq. bachatur *H* baccatur *R* 168—170 *cf. Catulli* LXIV 63—65
168 storacę *R* styrace *Loensis* ideę *R* fragrantes *A* flagrantis *H*[illegible] flagrantes *Lεα* tincta *Schraderus* picta *HLRεα* uncta *Heinsius* 169 commoda *Leopardus* condita *Scaliger* mollia *Lenzius ad Ca*-*tulli* LXIV 129 candida *Puetzius* Sicyonia *Leopardus* sicionia *α* [illegible] coĩa *Hε* sic omĩa *LR* seruas *R* 170 retines *LR* baccata bacchata *LRα* 171 Multo *R* 172 perdita *Dousa* prodita (pr-dita *m. rec.*) *H* prodita *LRεα* 173 Senas, *suprascr. m. rec.* A-rias, *H* Aereas *LRε* causam *H* caꝫ *R* sibi *Hauptius* uissere turis (r *suprascr. m. rec.*) *H* turres *LR* 174 q̃relas *H* qu

sedibus ex altis caeli speculatur in orbem
castraque prospectat crebris lucentia flammis.
non arguta sonant tenui psalteria chorda, 178
non Libyco molles plauduntur pectine telae,
nulla colum novit, carum non respicit aurum. 177
nullus in ore rubor: ubi enim rubor, obstat amori.
atque ubi nulla malis reperit solacia tantis
tabidulamque videt labi per viscera mortem,
quo vocat ire dolor, subigunt quo tendere fata,
fertur et horribili praeceps impellitur oestro,
ut patris, a demens, crinem de vertice sectum
furtimque arguto detonsum mitteret hosti,
namque haec condicio miserae proponitur una,
sive illa ignorans (quis non bonus omnia malit
credere quam tanti sceleris damnare puellam?),
heu tamen infelix: quid enim inprudentia prodest?
Nise pater, cui direpta crudeliter urbe
vix erit una super sedes in turribus altis,

---

relas *LR* 175 tecti *Heynius* Celei *Hertzbergius* Caris *vel* Caros *coni. Hauptius* in orbem *scripsi.* amorem *HLRϵα* ad oram *Scaliger* 176—213 *post* 251 *A* 178 *sq.* 177 *sic collocavi;* 177—179 *ordine vulgato HLRϵα:* 179 *saltem ante* 178 *poni voluit Heynius. cf. Catulli* LXIV 39 *sqq.* 63 *sqq.* 178 corda *HLR* 179 lybico *R* • $\overset{p}{\text{b}}$lauduntur (p *m. rec. suprascr.*) *H* telle *H m.* 1 177 nec *Lϵα* 180 ubi, *om.* enim *H* nisi cum *Schraderus* pudor *Schraderus* 181 ma$\overset{l}{\text{g}}$is (*corr. m. ant.*) *H* repetit *H* solatia *L* 184 $\overset{o}{\text{e}}$stro (o *suprascr. m. rec.*) *H* ostro *Lϵ* 185 ah demēs *R* ademptum *Lϵ* *cf. ecl.* II 60 crimen *H m.* 1 *L* serum, *corr. m. rec. H* serum *R* sēuet (*h. e.* seruet) *L* seruet *ϵα* sacrum *Silligius* 186 Furtimque *Rα* Furtim atq . *HLϵ* 187 Nanq3 *R* conditio *L* miserae proponitur *α*[1] nisi crepto ponitur *H* nisi creptę ponitur *R* nisi rapto opponitur *Lϵ* raptori opponitur *A* Niseidi ponitur *Heinsius* deceptae ponitur *Silligius* raptori ponitur *Puetzius* 188 non] ue *R* mallit *R* 189 tanti sceleris *A* tanto sceleri *L* tanto scelere *HRϵα* dapnare *H* 190 imprudentia *L* prudentia *Rα* 191 Nisi *H m.* 1 cū quo rapta *AL* cum quo direpta *ϵ* 192 turibus *H*

fessus ubi extructo possis considere nido,
tum quoque avis metuere: dabit tibi filia poenas.
gaudete, o celeres, subnisae nubibus altis,
quae mare, quae viridis silvas lucosque sonantes
incolitis, gaudete, vagae blandaeque volucres;
vosque adeo, humanos mutatae corporis artus,
vos o crudeli fatorum lege, puellae
Dauliades, gaudete: venit carissima vobis
cognatos augens reges numerumque suorum
ciris et ipse pater. vos, o pulcherrima quondam
corpora, caeruleas praevertite in aethera nubes,
qua novus ad superum sedes haliaeetus et qua
candida concessos ascendat ciris honores.
Iamque adeo dulci devinctus lumina somno
Nisus erat, vigilumque procul custodia primis
excubias foribus studio iactabat inani:
cum furtim tacito descendens Scylla cubili
auribus arrectis nocturna silentia temptat
et pressis tenuem singultibus aëra captat.
tum suspensa levans digitis vestigia primis

---

193 extincto (*m. rec. factum* exturcto) *H* consedere *HR* conscendere *ALϵ* 194 *cf. ge.* I 405 tum *scripsi.* Tu *HLRϵα* metuere *G. Hermannus* moriere *HLRϵα* pennas *olim Hauptius quaest. Catull.* 77 195 *sqq. cf. Catulli* LXIV 22 sqq. 195 eo *H* subnisae *R* subnixe *Hϵ* subnixae *Lα* subnixi *A* 196 *cf. ecl.* X 58 uirides *Lα* syluas *L* fluuiosq: *L* flucosqȝ *ϵ* 197 blandaeque] laudate *HR* 198 V sq: *L* Vsqȝ *ϵ* Vtque *A* humanos *R* humane *H* humani *Lϵα* mutate *LR* 199 Uox (Uos *corr. m. rec.*) *H* Vix *Lϵ* crudeli *α*[1] crudelis *AHLϵ* crudeles *R* 200 gaudete *Scaliger* crudele *HLRϵα* querulae *Heinsius* nobis *R* 201 sororum *Barthius* 202 Cyris *R* 203 peruertite *R* praeverrite *Heinsius* aethere *Schraderus* 204 haliaeetus et qua *Loensis, Scaliger* calcheius et qua *Lϵα* calcheis ꝭ aq̃ *H* calcheius ꝭ aqua *R* 205 ascendunt (*m.* 2 ascendant) *H* cyris *HR* 206 *cf. Catulli* LXIV 122 deuictus *LRϵ* 207 Nissus *H* primis (i *post. in litura m.* 1) *L* 208 *cf. ecl.* II 5 ductabat *Heinsius* 209 tacio *R* sylla *R* 210 ereptus (p *corr. ex* c) *H* arreptis *L* erectis *R*: *cf. Aen.* II 303 tentat *LR* 211 et primum *ALϵ* 212 leuas *R*

egreditur ferroque manus armata bidenti
evolat; at demptae subita in formidine vires:
caeruleas sua furta prius testatur ad umbras.
nam qua se ad patrium tendebat semita limen,
vestibulo in thalami paulum remoratur et alte
suspicit ad celsi nictantia sidera mundi,
non accepta piis promittens munera divis.
  Quam simul Ogygii Phoenicis filia Carme
surgere sensit anus (sonitum nam fecerat illi
marmoreo aeratus stridens in limine cardo),
corripit extemplo fessam languore puellam
et simul 'o nobis sacrum caput' inquit 'alumna,
non tibi nequiquam viridis per viscera pallor
aegrotas tenui suffudit sanguine venas,
nec levis hoc faceret (neque enim pote) cura subegit.
haut fallor (quod ut o potius, Rhamnusia, fallar):
nam qua te causa nec dulcis pocula Bacchi
nec gravidos Cereris dicam contingere fetus;
quae causa ad patrium solam vigilare cubile,
tempore quo fessas mortalia pectora curas,

---

213 uidenti *HR* 214 at *Lϵ* ac *A* aut *HR* 215 testantur *H* 216 lumen *H m.* 1 217 talami R remorat9 (z *m. rec.*) *H* remoratus *R* alte *Hertzbergius* alti *HR* altum *Lϵα* 218 ad celsi *Scaliger: cf.* 7. ad cęli *ALR* ad celi *Hϵ* ad culti *α* ad Lunae *Silligius* aetherii *Ladevicus* nictantia *Scaliger* nutantia *Lϵα* mũncia (h. e. mutantia), m *corr. m. rec. in* n *H* mutantia *R* sydera *LRα* 220 ogigii *LR* uenicis (u *m.* 2 *corr. in* f) *H* chãme *L* charme *Aϵα* 222 Marmorea *R* 223 langore (u *m. rec.*) *H* langore *L* 224 simul o *ALϵα* famulo *HR* carum *malit Schraderus* 225 nequicquam *HLα* nec quicquam *R* 226 Aegrotas *Rα* Egrotos *L* Egroto *Hϵ* Aegroto *A* tenuis *A* *an* aegroto tenuis? suffudit *Lϵ* suffundit *AHRα* uultus *L* 227 hoc faceres *vulgo* hanc faciem *Pithoeus* puto *L* subedit *Marklandus ad Statii silv.* V 3, 258 228 haud *Lϵα* Aut *HR* quod ut o *Schraderus* quo duta *H* quod te *ALϵα* quod . . . *R* rannusia *H* Ramnusia *LR* fallar *Iuntina* fallor *HLRϵα*[1] fallat *A*, *Loensis* fallit *ante Loensem*, *α* 229 qua *Lϵα* que *H* quę *R* bachi *H* 230 grauidus *H* foetus *LR* 231 quę *Lϵ* que *HR* qua *α*, *fortasse recte*

quo rapidos etiam requiescunt flumina cursus?
dic age nunc miserae saltem, quod saepe petenti
iurabas nihil esse mihi, cur maesta parentis
formosos circum virgo remorere capillos.
hei mihi, ne furor ille tuos invaserit artus,
ille, Arabae Myrrhae quondam qui cepit ocellos,
ut scelere infando (quod nec sinit Adrastea)
laedere utrumque uno studeas errore parentem!
quod si alio quovis animi iactaris amore
(nam te iactari, non est Amathusia nostri
tam rudis ut nullo possim cognoscere signo),
si concessus amor noto te macerat igni:
per tibi Dictynnae praesentia numina iuro,
prima decus quae dulce mihi te donat alumnam,
omnia me potius digna atque indigna, laborum
milia visuram, quam te tam tristibus istis
sordibus et senio patiar tabescere tali.'
  Haec loquitur, mollique ut se velavit amictu,
frigidulam iniecta circumdat veste puellam,

---

sola inuigilare *R* 233 rapidus *H* 234 saltim quod saepe saltemq · sepe *H* 235 cur *Lϵ* cuȝ (r *m. ant.*) *H* cum *Rα* mesta *R* 236 Formosus *H m.* 1 remorere *Iuntina* morere *H* remore *A* morerere *LRϵα* remorare *Loensis* 238 arabee *H* arabis *Lϵα* Myrrę *L* mirrae *R* mirra *H* coepit *R* 239 nec sinit adrastea *Lϵα* nec sinita tristea *H* nec (*om. celeris*) *R* sinat *Loensis* 240 ymo *H* una *A* 241 *cf. Catulli* LXIV 372 quouis alio *R* animi *Hauptius quaest. Catull* 75 animis *HR* animo *ALϵα* nimio *vel* animum *Scaliger* animos *Schraderus* amore *Lϵα* amorẽ *R* amorem *H* 242 *cf. Catulli* LXVIII 17 Nec te *R* amathisia *HR* Amatisia *Lϵ* nostram *A* 244 Sin *ALϵ* confessus *A* igni *HL* igne *Rϵα* 245 dictinne *H*, *om. lacuna relicta R* nuĩc *H* uino, *suprascr. m. rec.* iuro *H* 246 decus *Schraderus* deum *HLRϵα* que *R* alũpnã *H* 247 atque] tuq: *L* laturam *ALϵ* 248 Milia *HLϵ*, *quod ad laborum puto referendum esse.* Millia *Rα* filia *Heinsius* nisuram *H* 249 senio *vir doctus in misc. obss.* IV 323 seonia *H* saria *L* scorea ϵ scoria *α*¹ cilia *exempl. Loensis* morbo *R* cura *Heinsius* scabre *Scaliger* 250 Nec *H* 251 circudat *R*

quae prius in tenui steterat succincta crocota.
dulcia deinde genis rorantibus oscula figens
persequitur miserae causas exquirere tabis,
nec tamen ante ullas patitur sibi reddere voces,
marmoreum tremebunda pedem quam rettulit intra.
illa autem 'quid me' inquit 'io nutricula, torques?
quid tantum properas nostros novisse furores?
non ego consueto mortalibus uror amore,
nec mihi notorum deflectunt lumina voltus,
nec genitor cordi est: ultro namque odimus omnes.
nil amat hic animus, nutrix, quod oportet amari,
nil, quo falsa tamen lateat pietatis imago;
sed media ex acie mediisque ex hostibus. heu heu,
quid dicam quove ausa malum hoc exordiar ore?
dicam equidem, quoniamque tibi non dicere, nutrix,
non sinis, extremum hoc munus morientis habeto.
ille (vides), nostris qui moenibus assidet hostis,
quem pater ipse deum sceptri donavit honore,
cui parcae tribuere nec ullo volnere laedi
(dicendum est, frustra circumvehor omnia verbis),

252 in] ut *ALε* succinta *R* crocota *Scaliger* corona *HLRεα* 253 dein ε fingens *R* 254 Persequitur ε Persequīmur (˜ *m. rec.*) *H* prosequitur *LRα* tabis *vir doctus misc. obss.* IV 325, *Marklandus l. l.* talis *HR* tales *Lεα* 256 quẽ *R* retulit *HR* int̃ *H* 257 quod *R* me] nũc me *L* nunc me ε io *Hauptius*, *om. HLRεα* 258 nostro *R* 260 uultus *HLR* 261 oñs *R* 262 oportet] par sit *melius futurum esse dicit Lachmannus ad Lucr.* I 778 263 nil *Heynius* In. *HLRεα* pistatis (e *m. rec.*) *H* 264 mediisque *R* mediis *Lεα* medius *H* heu *semel H* 265 quove] quidue *R* ausa *Silligius* agam *HR* ipsa *Lεα* hoc *om. L* 266 quoniamque tibi non *Hauptius* quoniam quid non tibi *Lε* quoniam quid tu tibi *α* quoniam tunc ñ *H* quoniam tu non *R* quoniam fictum me *Bothius* 267 *cf. ecl.* VIII 60 sinus *H m.* 1 exmũ *H* 268 fides ε quin *H* assistet (*corr. m. rec.*) *H* 269 honoreȝ *H m.* 1 270 Qui *H m.* 1 parcę et tribuunt *Lε* nec ullo] nullo qđ (*h. e.* quod) *Lε* uulnere *HLR* ledi *R* 271 est *om. LRε* circũphehor (*corr. m. rec.*) *H*

ille mea, ille idem oppugnat praecordia Minos.
quod per te divum crebros testamur amores
perque tuum memori sanctum mihi pectus alumnae,
ut me si servare potes ne perdere malis;
sin autem optatae spes est incisa salutis,
ne mihi quam merui invideas, nutricula, mortem.
nam nisi te nobis malus, o malus, optima Carme,
ante hunc conspectum casusve deusve tulisset,
aut ferro hoc' (aperit ferrum quod veste latebat)
'purpureum patris dempsissem vertice crinem
aut mihi praesenti peperissem volnere letum'.
Vix haec ediderat, cum clade exterrita tristi
intonsos multo deturpat pulvere crines
et graviter questu Carme complorat anili:
'o mihi nunc iterum crudelis reddite Minos,
o iterum nostrae Minos inimice senectae,
semper ut aut olim natae te propter eundem
aut amor insanae luctum portaret alumnae!
tene ego tam longe capta atque avecta nequivi,
tam grave servitium, tam duros passa labores,
effugere, o sistam exitium ut crudele meorum?

---

273 per te *R* te per *HLεα* testamur *R* obtestor *HLεα* 274 memori sanctum *Silligius* memoris auctū *HR* memoris haus *Lεα* memori haustum *Scaliger* memori suctum *olim Hauptius quae* *Catull.* 78 alūpne *H* 275 Ui *H* seruare potes *α* uersa petes *HR* uersare potes *Lε* ne *α* nec *HLRε* 276 optate
277 ne *α* Nec *HLRε* inuidens *H* inuideris *R* 278 nisi *Lα* . . si ε charme *Rεα* 279 huic *H* in *Drakenborchius* ante expectatum *Scaliger* 280 *cf. Aen.* VI 406 auferri *Lε* operit *R* capiti *Lε* ferri *L* ferro ε 281 demsissem
282 mihi praesenti *desunt in lacuna Lε* uulnere *HLR* *R* 283 tristi *α* tristis *HLRε* 284 Intonsus ε incomtos *H* *sius: possis* inmundos *vel* infuso *conicere coll. Aen.* XII 611 *Catulli* LXIV 224 turpauit *Lε* 285 carmie *H* charme *L*
287 iterum] nimium *Lε* 288 ut *Schraderus*, *om. HR* et nate *R* nata o ε 289 Haud *H* lętum *R* portaret *Schraderus* portauit *HLRεα* 290 *om. L* aduecta *R* 292 o tam exitium ut *scripsi.* obsistam exitium *HRεα* exitium obsistam ut sistam exitium *Pithoeus*

iam iam nec nobis aequo senioribus ullum
vivere uti cupiam vivit genus. ut quid ego amens
te erepta, o Britomarti, mei spes una sepulchri,
te, Britomarti, diem potui producere vitae?
atque utinam celeri ne tantum grata Dianae
venatus esses virgo sectata virorum,
Gnosia nec Partho contendens spicula cornu
Dictaeas ageres ad gramina nota capellas:
numquam tam obnixe fugiens Minois amores
praeceps aërii specula de montis iisses,
unde alii fugisse ferunt et numen Aphaeae
virginis assignant, alii, quo notior esses,
Dictynnam dixere tuo de nomine lunam.
sint haec vera velim; mihi certe, nata, peristi:
numquam ego te summo volitantem in vertice montis
Hyrcanos inter comites agmenque ferarum
conspiciam nec te redeuntem amplexa tenebo.

---

293 uobis *HR* aequo *Hauptius* ea q̂ *H* eaquę *L* ea quae *α* eaque *Rϵ* aevi *Heinsius* seuiorib3 *R* 294 vivere uti cupiam *Silligius* Viuendi cupiam *α* Viuendi copiam *HRϵ* Viuendi .... (*celeris lacuna relicta*) *L* quod eo *R* 295 erepta, o Britomarti *α* erepto brito marte *Hϵ* erepto Britomarte *L* crepto britho mortē *R* mei *H* ei *R* meae *α* est *L* ẽ *ϵ* uana *Lϵ* salutis *Rα* senectae *Heinrichius* 296 *om. L* Britomarti *α* brito marto *H* brito Marte *ϵ* brithe morte *R* 297 cereri *Lϵ* ne *α* nec *HLRϵ* 298 *sq. inverti voluit Heynius*, *fort. recte* 298 ferarum *Schraderus* 299 *cf. ecl.* X 59 Cnossia *L* Gnossia *R* nec Partho *Hauptius* neu partho *α* Neupharto *Lϵ* naupharto *R* naufarto *H* naupactio *exempl. Loensis* naupacto *Iuntina* heu Partho *Silligius* 300 *cf. cul.* 45 Dicteas *R* puellas *R* 301 Nunquam *LR* fugeres ó Minos *Lϵ* 302 *cf. ecl.* VIII 59 aerii *Scaliger* aerei *R* aeriis *Hϵα*, *lacuna in L* montis *Scaliger* montibus *HLRϵα* iisses *Hauptius* isses *HLRϵα* abisses *Scaliger* 303 et *om. relicta lacuna R* numen Aphaeae *Parrhasius et Loensis* numina phoee *H* nuĩa phoce *R* numina phoce *ϵ* (*cf. Naevius Cat.* 273) numina phocae *Lα* nomen Aphaeae *Scaliger* numina Aphaeae *Heynius* 304 Uirgineſ *H* adsignat *ϵ* 305 Dictinam *HR* lumine *R* 306 Sunt *R* perisses *Lϵ* 307 Nunquam *LR* in *Lϵ*, *om. HRα* montis *om. HR* 308 Hircanos *R* Hircanus *ϵ* interque canes *Schraderus*

verum haec tum non sic gravia atque indigna fuere,
tum, mea alumna, tui cum spes integra maneret;
et vox ista meas nondum violaverat aures.
tene etiam Fortuna mihi crudelis ademit,
tene, o sola meae vivendi causa senectae?
saepe tuo dulci nequiquam capta sopore,
cum premeret natura, mori me velle negavi,
ut tibi Corycio glomerarem flammea luto.
quo nunc me, infelix, aut quae me fata reservant?
an nescis, qua lege patris de vertice summo
edita candentes praetexat purpura canos,
quae tenuis patrio spes sit suspensa capillo?
si nescis, aliquam possum sperare salutem,
inscia quandoquidem scelus es conata nefandum;
sin est quod metuo, per te, mea alumna, tuumque
expertum multis miserae mihi rebus amorem,
perdita, saeva precor per lumina te Ilithyiae,
ne tantum in facinus tam nulla mente feraris.
non ego te incepto, fieri quod non pote, conor
flectere amore, neque est cum dis contendere nostrum;

310 tum *Hεα* cū *L* tunc *R* non sic *Silligius* nobis *HLRεα* 311 Tu *L* cui *H m.* 1 tibi *R* 312 Et *Lεα* Nec *HR* nun dum *HR* 313 Te etiam *R* 314 o *Lεα*, *om. HR* 315 ne quicquam *HLα* necquicquam (qui *m. ead. in ras.*) *R* lepore *Heinsius* 317 corytio *α* coritio *L* caritio *R* 318 *cf. Aen.* V 62 VIII 575 aut quo me *R* ad quae me *vir doctus in misc. obs* IV 326 numina seruant *Lεα* 319 summo] canos *Lε* 320 pretexerat *R* pretexit *ε* canos] crines *Lε* 321 quam *Scaliger* tenui patriae *α* spes sit *α* pressit *HLε* pręsit *R* capilla *H* 323 es conata *εα* est contata *L* est (t *m.* 2 *add.*) cātāda *H* esca tentanda *R* nephād' *H* nephandū *R* 324 per te, mea *Gronovius ad Liv.* XXIX 18, 9 per me mea *Lεα* per me tua *H* pmetuo p me tu *l* te per mea *Scaliger* alūpna *H* 326 perdita *scripsi.* Perden *HLRε* Per te *α* scaeua *R* sacra *α* pecor (*corr. m. ant.*) *H* lumina *Scaliger* fluia *H* flumina *Rα* flumina sacra *Lε* numina *prop* *Heynius* te *addidi*, *om. HLRεα* que *Hauptius* elithię *L* elithi *H* elythie *ε* elythię *R* Lethaeaea *Salmasius* 327 ne *Loensis l. l* 27, *εα* Nec *HR* Nε *L* nulla] molli *L* stulta *Heinrichius* ferari *Scaliger* sequaris *HLRεα* 328 incoepto *R* 329 amore *α* amo

sed patris incolumi potius denubere regno
atque aliquos tamen esse velis tibi, alumna, penates.
hoc unum exitio docta atque experta monebo.
quod si non alia poteris ratione parentem
flectere (sed poteris: quid enim non unica possis?),
tunc potius tamen ista, pio cum iure licebit,
cum facti causam tempusque doloris habebis,
tunc potius conata tua atque incepta referto;
meque deosque tibi comites, mea alumna, futuros
polliceor: nihil est, quod texuis ordine, longum.'
His ubi sollicitos animi relevaverat aestus
vocibus et blanda pectus spe luserat aegrum,
paulatim tremebunda genis obducere vestem
virginis et placidam tenebris captare quietem
inverso bibulum restinguens lumen olivo
incipit ad crebrosque insani pectoris ictus
ferre manum, assiduis mulcens praecordia palmis.
noctem illam sic maesta super morientis alumnae
frigidulos cubito subnixa pependit ocellos.
postera lux ubi laeta diem mortalibus almum

'LRϵ neque *Lϵ* nec *HRα* est *α* sit *HLRϵ* diis *LRϵ* con-
te
dere *H m.* 1 330 denubere *R* denubere (*corr. m. rec.*) *H* te
ibere *Lϵα* 331 velim *vir doctus in misc. obss.* IV 327 alu-
a *R* 332 exicio *H* exitium *L* 333 aliqua *vel* ulla *Schra-
rus* 334 non *Rα* nisi *HLϵ* 335 Tunc *HLϵα* Tu *R* tum
auptius tamen ista *vir doctus misc. obss. l. l.* tamen ipsa *LRϵα*
ĩ tm̃ *H* iura *H m.* 1 337 tum *Hauptius* tuo *Lϵ*
incepta *α* (*ed. pr. teste Silligio*) incerta *HLRϵα*[1] 338 deos,
ı. que *R* 339 texuis *scripsi.* texuit *HR* texas *α* texat *Lϵ cf.
ıekius Cat. p.* 137 in ordine *Lϵ* 340 his *α* Ilic *HR* Hoc
: ubi] tibi *Lϵ* solicitos *R* sollicitus *HLϵ* reuelauerat, *su-
ascr. m. rec.* relaueuerat (*sic*) *H* uelauerat *Lϵ* estus *R*
ι1 spe *om. H* spem ϵ luserat *ut scripsi α*, *nisi quid fugit ocu-
s.* iusserat (*i. e.* lusserat) *R* uiserat *H* clauserat *Lϵ* uicerat *Iun-
ıa* 342 gemis *H* 344 restinguens *ϵα* restringens *HR* restri-
ıns *L* 345 que *Bothius*, *om. HLRϵα* 347 morientis *HLRϵα:*
˙. 182. 225, *defendit Burmannus ad Prop.* I 10, 5 *p.* 108 mar-
ntis *vel* maerentis *Heinsius* alūpne *H* 348 cubitos *H* cubitis
t
: pependis (*corr. m. rec.*) *H* 349 *cf. Aen.* V 64 morta-

et gelida venientem ignem quatiebat ab Oeta,
quem pavidae alternis fugitant optantque puellae
(Hesperium vitant, optant ardescere Eoum),
praeceptis paret virgo nutricis et omnis
undique conquirit nubendi sedula causas.
temptantur patriae submissis vocibus aures,
laudanturque bonae pacis bona: multus ineptae
virginis insolito sermo novus errat in ore.
nunc tremere instantis belli certamina dicit
communemque timere deum, nunc regis amicis,
iamque ipsi verita a! se orbam flet maesta parente,
cum Iove communes qui nolit habere nepotes.
nunc etiam conficta dolo mendacia turpi
invenit et divom terret formidine cives;
nunc alia ex aliis (nec desunt) omina quaerit.
quin etiam castos ausa est corrumpere vates,
ut, cum caesa pio cecidisset victima ferro,

---

libū *H m.* 1 350 *cf. Callimachi Hecal. fr.* 52 *Catulli* LXII 7 gelido *Lϵ* venientem ignem *Hauptius* ueniente mihi (michi *H*) *HRα* uenientem mane *L* ueniente mane ϵ veniens mani *vulgo* Aegliade veniente iterum *Hertzbergius* obeta *H m.* 1 ab oetha *R* 351 quȩ *L* optant *Lϵα* obstant *HR* 352 Eoum *Bentleius ad Callimachi l. l. : cf. Naekii opusc.* II p. 38, *om. HR* solem *Lϵα* 353 omnis *L* oms̃ *HR* 354 conqrit *R* 355 Tentantur *Lϵα* Temptatus *H m.* 1 *R* patriae *Lϵα* proprie *H* propriȩ *R* summissis *Lα* 356 Laudanter *H* bone *H m.* 1 *L* multus, *m. rec.* uultus *H* multis *R* ineptae *Pithoeus* inepte *H* ĩemptȩ *R* inepto *Lϵα* 357 insolito *Pithoeus* insolite *H m.* 1, ϵ insolitȩ *LR* insolitae *α* sermo *om.* ϵ erat *HR* 358 bellis *H* ducit *H* 359 Comunem *R* tregis ϵ amici *L* 360 iamque *Hauptius* Namq· *HRϵ* Nanq: *Lα* nunc *Kochius* ip̃o *Lϵ* verita a! se *scripsi* ueritas est *HR* uerita est *Lϵα* sterilem atque *Kochius* orbam *scripsi.* orbum *HRα* orbari *Lϵ* flet *Rϵα* fit *H*, *om. L* parente *Lϵ* paretẽ *R* parenteȝ *H* parentem *α* 361 comunes *R* qui nolit *scripsi.* quin *H* quin *R* q quōdā *L* qui quondam *ϵα* quem par sit *Hauptius. aliis fortasse* qui possit *placuerit.* habere *Hauptius* habuere *HLRϵα* 362 conficta *α* confecta *HLRϵ* conserta '*alias*' *Loensis* 363 diuū *HLR* terre (t *suprascr. m. rec.*) *H* 364 alia] gallia *H m.* 1 nec] nunc *L* omnia *R* qu erit *α* q̃runt *H* quȩrūt *LRϵ* 366 *cf. Catulli* LXIV 369 ut

essent qui generum Minoa auctoribus extis
iungere et ancipites suaderent tollere pugnas.
At nutrix, patula componens sulfura testa,
narcissum casiamque herbas contundit olentes,
terque novena ligans triplici diversa colore
fila 'ter in gremium mecum' inquit 'despue virgo,
despue ter, virgo: numero deus impare gaudet.'
inde mago generata Iovi Stygialia sacra,
sacra nec Aeaeis anubus nec cognita Grais,
pergit, Amyclaeo spargens altaria thallo,
regis Iolciacis animum defigere votis.
verum ubi nulla movet stabilem fallacia Nisum
nec possunt homines nec possunt flectere divi
(tanta est in parvo fiducia crine cavendi),
rursus ad inceptum sociam se iungit alumnae
purpureumque parat rursus tondere capillum,
tam longo quoniam captat succurrere amori,

α Et *HLRε* 367 essent *α* Et sinẽt (˜ *m. rec.*) *H* Et sit *R* Vt sint *Lε* esset *Silligius* estis *H m.* 1 *R* 368 suaderent *Lεα* suaderet *HR* 369 Et *H* compones *R* sulphura *HLR* 370 *cf. ecl.* II 11. Narcisum *H* Narcysum *R* incendit *Hα* 371 ligans *scripsi.* ligant *H* ligant *R* ligat *Lεα* duĩsa *H* diusa *ε* 372 gremium] circum *Lε* 373: *cf. ecl.* VIII 75 374 inde] hĩc *L* hinc *ε* mago generata Iovi *scripsi.* magno generata Ioui *Lε* magno geminat ioui *HR* Ioui geminat magno *α*[1] Iovi magno geminat *Silligius* Iovi ingeminat magico *Schraderus* magico venerata Iovi *Scaliger* Stygialia *Scaliger: cf. Aen.* IV 638 frigidula *HRεα*[1], *om. lacuna relicta in L* furialia *Bothius* Iunoni Stygiae facit inde Hecateia sacra *exempl. Loensis* 375 Aeaeis *Heinsius* ideis *HLR* idaeis *α* ydeis *ε* anubus (u *corr. in* i) *H* anibus *α* auibus *Lε* senibus *R* graiis *Lεα* 376 Perdit *R* amycleo spargens *Lα* amicleo spargens *ε* emicleos pergens (e *pr. m. rec. corr. in* a) *H* amicleos pergens *R* tallo *H* talo *R* 377 iolchiacis *HRα* iolchiachis *Lε* defigere *Lα* defugere *HR* def^{l}·igere *ε* 378 stabulis *Lε* fa^{l}la-cia *R* 380 Tanto *H* pa^{r}uo (r *m. rec.*) *H* mouendi cauēdi (*m. eadem*) *H* 381 incoeptũ *R* iungit *Rα* adiungit *HLε* cingit *Silligius* 382 rursus] nutrix *Hertzbergius* 383 tam longo *Heynius* cum longo *Lεα* Cum longe *HR* infando *Kochius.* languenti *olim conieci.* quoniam *Iuntina* quod iam *HLRεα*[1] sucurrere *R*

non minus illa tamen, revehi quod moenia Cressa
gaudeat: et cineri patria est iucunda sepulto.
  Ergo iterum capiti Scylla est inimica paterno:
tum coma Sidonio florens deciditur ostro,
tum capitur Megara et divom responsa probantur,
tum suspensa novo ritu de navibus altis
per mare caeruleum trahitur Niseia virgo.
complures illam nymphae mirantur in undis,
miratur pater Oceanus et candida Tethys
et cupidas secum rapiens Galatea sorores;
illam etiam iunctis magnum quae piscibus aequor
et glauco bipedum curru metitur equorum
Leucothea parvusque dea cum matre Palaemon;
illam etiam alternas sortiti vivere luces,
cara Iovis suboles, magnum Iovis incrementum,
Tyndaridae niveos mirantur virginis artus.
has adeo voces atque haec lamenta per auras
fluctibus in mediis questu volvebat inani,
ad caelum infelix ardentia lumina tendens,
lumina, nam teneras arcebant vincula palmas:
'supprimite o paulum turbati flamina venti,
dum queror et divos (quamquam nil testibus illis

384 rephehi (*corr. m. rec.*) *H* rauci *Rα*, *lacuna in L* Cressa *Schraderus* crescat *HLϵ* crescant *α* crescat *R* 385 gaudebat *Bothius* patrie *Lϵ* estq3 ϵ iocunda *HR* sepulchro *Lϵ* 386 iterum *Heinsius* metu *HLRϵα* capiti *α* capitis *HLRϵ* sylla *R* paterni *L* 387—389 *cf. Catulli* LXIV 19—21 387 Tunc *R* sidonia *H m.* 1 sydonia *R* deciditur *Silligius* deceditur *HR* succiditur *Lϵα* 388 Tunc *Rϵ* megera *H* diuū *HLR* proñd' *H* 389 Tūc *Lϵα* Tunc *R* maīb9 (*h. e.* manibus), *suprascr. m. rec.* nauibus *Hα* 392 Airatur *H* occeanus *H* thetis (i *m. ant. corr. in* y) *Rϵ* theseis *H* 393 Galathęa *L* galathea *R* 394 illa *Lα* et *R* quae] quoq3 *R* 395 mettitur *H* 396 Leucothea *Rα* Leucotoa *H* Leuchothoe *L* Leucothoe ϵ palemō *R* 397 illam *Heinsius* Illi *HLRϵα* alternas *α* eternas *Hϵ* ęternas *L* ęternos *R* luces *Lϵα* lucos *HR* 398 *cf. ecl.* IV 49 soboles *HLRα* incremetū *R* 399 Tintaride *H* Tyndarides *R* 402 *cf. Aen.* II 405 tollens *L* 403 = *Aen.* II 406 404 turbata *H* turbata o *Lϵ* 405 *sq.*

profeci) extrema moriens tamen alloquor hora.
vos ego, vos adeo, venti, testabor, et aurae,
vos, Pandionia siqui de gente venitis,
cernitis: illa ego sum cognato sanguine vobis
Scylla (quod o salva liceat te dicere Procne);
illa ego sum Nisi pollentis filia quondam,
certatim ex omni petiit quam Graecia regno,
qua curvus terras amplectitur Hellespontus;
illa ego sum, Minos, sacrato foedere coniunx
dicta tibi: tamen haec, etsi non aspicis, audis.
vinctane tam magni tranabo gurgitis undas?
vincta tot assiduas pendebo ex órdine luces?
non equidem me alio possum contendere dignam
supplicio, quod sic patriam carosque penates
hostibus inmitique addixi ingrata tyranno.
verum istaec, Minos, illos scelerata putavi,
si nostra ante aliquis nudasset foedera casus,
facturos, quorum direptis moenibus urbis
o ego crudelis flamma delubra petivi;
te vero victore prius vel sidera cursus
mutatura suos quam te mihi talia captae
facturum metui. iam iam scelus omnia vincit.

= *ecl.* VIII 19 *sq.* queros *R* 408 Vos, Pandionia *Heynius* Uos o numantina *HR*ϵ Vosq: Numantina *L* Vos numantina *α* vos o Mantinea *Loensis* vos matutina *Scaliger* vos Orithyiae *Hertzbergius* si quid *H m.* 1 409 nobis *H* 410 Sylla *R* licet *H* tibi *L*ϵ mihi *Scaliger* progne *HR*ϵ*α* prochne *L* 411 Ille *H m.* 1 Scylla *L*ϵ 412 Certam̃ (*suprascr. m. rec.* tim) *H* 413 Qua *L*ϵ*α* Quam *HR* terras *L*ϵ*α* e terris *H* terris *R* complectitur *L* 414 Minus (*genetivo*) *Loensis* coniux *H* 415 facta *L* Data ϵ hoc *L* aspicis *Heinsius* accipis *HLR*ϵ*α* 416 Victane *R* trainabo *H* trannabo *R* gurgite ϵ 419 quot *H* Q̃ q *L* q̃' q' (*h. e.* quam que) ϵ sit *H* 420 immitti *H* adixi *H* aduxi *R* ingrata *vel* ignava *Heinsius* ignara *HLR*ϵ*α* 421 istaec *Schraderus* esthec *HR*ϵ esto. haec *α* est hoc *L* illos *L*ϵ*α* illo *HR* 422 aliquid *H* nudassent *H* 423 dereptis *H* 424 flam̃am *L*ϵ 425 vero] non, *suprascr. m. rec.* võ *H* sydera *LRα* 426 mihi *om. R* 427 Facturum *L*ϵ*α* Factorum *H* Fatorū *R* uicit *H*

ten ego plus patrio dilexi perdita regno?
ten ego? nec mirum, voltu decepta puella
ut vidi ut perii, ut me malus abstulit error.
non equidem ex isto speravi corpore posse
tale malum nasci: forma vel sidera fallas.
me non deliciis commovit regia dives,
dives curalio fragili et lacrimoso electro,
me non florentes aequali corpore nymphae,
non metus incensam potuit retinere deorum:
omnia vicit amor; quid enim non vinceret ille?
non mihi iam pingui sudabunt tempora myrrha,
pronuba nec castos accendet pinus honores,
nec Libys Assyrio sternetur lectulus ostro.
vana queror: me ne illa quidem communis alumnam
omnibus iniecta tellus tumulabit harena.
mene inter matres ancillarisque maritas,
men alias inter famularum munere fungi
coniugis atque tuae, quaecumque erit illa, beatae
non licuit gravidos penso devolvere fusos?
at belli saltem captivam lege necasses!

---

429 uultu *HLR* 430 = *ecl.* VIII 41 432 sidera *H* sydere *LRεα* fallas *Hauptius* falle, *m. rec. factum* fallat *H* fallo *LRεα* 433 non me *Lεα* deliciis *εα* delitiis *L* delictis *H* delectis *in ras. R* 434 dives α^1, *Plantiniana*, *om. HLRεα* curalio *Iahnius: cf. Heinsius ad Ovidii met.* IV 749 Coralio *Lε* Corallo *HRα* et lacrimoso electro *HRα* et lachrimoso mouit Electr (electro ε) *Lε* ac electro lacrimoso *Scaliger* atque e. l. *Heynius* coralio et fr. aut movit l. e. *Loensis* 435 non me *Loensis* 436 incensam *Lεα* incendens *H* incendes *R* 437: *cf. ecl.* X 69 uicit *H* uincit *LRεα* 438 myrra *L* mirta *R* 439 dascos *R* accendit *HR* spinus *Leopardus teste Nic. Loensi l. l.* 27 odores *HLε: cf.* 145 440 Non *Lε* 441 vana *Heinsius* Magna *HLRεα* me ne *Heynius* ne ut *HLε* nec et *Rα* nec me *Scaliger* alumnam *Heinsius* alumna *LRεα* alūpna *H* 442 *cf. Catulli* LXIV 153 Oφmnibus *R* tumulabit *Lεα* cumulabit *HR* 443 matres] comites *Lε* ancillaris *Silligius* ancillari *HR* ancillarū *Lεα* maritas *R* marinas *H* cateruas *Lεα* matrisque ancillari atque maritae *Hertzbergius* 444 mene alias *α* Menalias *HLε* Moenalias *R* 445 tue *R* beata *Lε*, *quod placuit Naekio Cat.* 407 447 Ad ε nicasses *H m.* 1

iam fesso tandem fugiunt de corpore vires,
et caput inflexa lentum cervice recumbit,
marmorea adductis tabescunt bracchia nodis.
aequoreae pristes, immania corpora ponti,
undique conveniunt et glauco in gurgite circum
verbere caudarum atque oris minitantur hiatu.
iam tandem casus hominum, iam respice, Minos!
sit satis hoc, tantum Scyllam vidisse malorum,
vel fato fuerit nobis haec debita pestis
vel casu incerto merita vel denique culpa:
omnia nam potius quam te fecisse putabo.'
  Labitur interea resoluta ab litore classis,
magna repentino sinuantur lintea coro,
flectitur in viridi remus sale, languida fessae
virginis in cursu moritur querimonia longo.
deserit angustis inclusum faucibus Isthmon,
Cypselidae magni florentia regna Corinthi;
praeterit abruptas Scironis protinus arces
infestumque suis dirae testudinis exit
spelaeum multoque cruentas hospite cautes.

---

448 iam] *aptior a interiectio videtur: cf.* 454 fesso *Schraderus: cf. Catulli* LXIV 189 fesse *HLε* fessę *R* fessae *α* 449 seruice *R* recubit *R* 450 tabescunt *Schraderus* labescunt *HRα* labascunt *Lε* livescunt *vir doctus in misc. obss.* IV 330 *et Heinsius* brachia *HLR* 451 Equorę *L* Equorea *H* Aequorei *Rα* pristes *Vossius: cf. Aen.* III 427 pestes (*suprascr. m. rec.* pistres) *H* pestes *L* pisces *Rα* pisces, *corr. m.* 2 pestes *ε* inmania *H* minantia *R* 453 uerbere *Lα* Uerbera *HRε* hyatu *H* 455 Scyllam *Hauptius* solam *Lεα* sola *HR* 457 incerto *Scaliger* inceptu (u. *m. rec. corr. in* o) *H* incepto *Lεα* incoepto *R* 458 non *H* fecisse *B* legisse *HR* lesisse *Lε* laesisse *α* 459 resoluta *Heinsius* reuoluta *BHLRεα* a *R* littore *HR* lictore *L* 460 linthea *R* littora, *m. recentiore corr.* lintea *B* choro *BLRε* 462 quęremonia *R* 463 Desirit *B* isthmon *Bεα* idmon *H* histhmo *L* ismon *R* 464 Cypselidae *α* Cypselide *Lε* Cypseide (l *m.* 2.) *H* Cypseide *BR* Cypselidae et *Schraderus* florencia *BH* magna *B* chorinthi *B* Corinti *H* Corynthi *LR* Corinthum *Heynius* 465 abrustas *R* Scironis *Bα* chironis *HRε* chyronis *L* 466 Infoestum *R* 467 Speleum *R* hospita *H* cautas *H m.* 1

iamque adeo tutum longe Piraeea cernit,
et notas eheu frustra respectat Athenas.
iam procul e fluctu Salaminia suspicit arva
florentesque videt iam Cycladas; hinc sinus illi
Sunius, hinc statio contra patet Hermionea.
linquitur ante alias longe gratissima Delos
Nereidum matri et Neptuno Aegaeo.
prospicit incinctam spumanti litore Cythnum
marmoreamque Paron viridemque adlapsa Donysam
Aeginamque simul sementiferamque Seriphum.
fertur et incertis iactatur ad aëra ventis,
cumba velut, magnas sequitur cum parvola classes,
Afer et hiberno bacchatur in aequore turbo,
donec tale decus formae vexarier undis

---

468 Tamque *B* Piraeea *α* pireia *HLRϵ* pieͤrida *B* 469 eheu *B* secum heu *HLRϵα* Aegei *olim conieci.* atenas *H m.* 1 harenas *R* 470 e fluctu *Bα* e fluctus *R* et fluctus *H* effluxus *Lϵ* salaminia *B, Heynius* alia minos *HR* minoia *Lϵα* Salaminos *Silligius* suspicit *Silligius* respicit *BLϵα* aspicit *HR* 471 uidit ϵ sinus illi *Hauptius* uenus illi *BHRα* strophada͛q: (s. *suprascr. m.* 1) *L* strophadasque ϵ vetus illi *Hertzbergius* 472 Sunius *Hauptius* Sinius *B* Summus *H* Sūmus *R* hinc sinus *Lϵα* Sunion *Hertzbergius* stacio *BH* petit *R* hermionea *B* hermionia *Lϵ* hermonia *Hα* hermiona *R* 473 *sq. spurios habet Hertzbergius* 473 *cf. Aen.* III 73. 124 474 = *Aen.* III 74 neptunno *Lϵ* aegeo *LR* ageo *B* egeo *Hϵ* 475 hospicit *H m.* 1 intinctam *H* hinc cinctam *Schraderus* littore *BHR* lictore *L* gurgite *Schraderus* Cythnum *Locnsis* Cythnon *α* cynthum *BL* cyntū *R* chintum *Hϵ* 476 *cf. Aen.* III 125 sq. Marmoreon *H* uiridimque *m.* 1 *ut vid. B* allapsa *BLR* Donysam *α* Donysan ϵ donisam *BL* donissā *R* donisa *H m.* 1 477 et Diam et Siphnon *Heynius* Olearonque s. *Puetzius* sementiferam *Lϵα* salutiferam *BHR* serpentiferam *Scaliger coll. Strabone* X *p.* 487. absinthiferam *Silligius* seryphū *L* seryphon *R* 478 ad aëra *scripsi.* ad omnia *BLRϵα* ad onnā (a *post. m. rec. add.*) *H* 479 Cumba *B* Cimba *HR* cymba *Lϵα* uelud *B* paruula *BHL* *R* 480 Affer *H* . hibernos *H m.* 1 bachatur *BH* eqͦre *L* 481 vexarier *B, Heinsius* uexauit et *HRα* uexauerit *Lϵ* undis *B* egros *H* aegros *Rα* egrā *Lϵ* Aegon *Hertzbergius* ultra *Heinsius, fortasse recte*

non tulit ac miseros mutavit virginis artus
caeruleo pollens coniunx Neptunia regno.
sed tamen aeternam squamis vestire puellam
infidosque inter teneram committere pisces
non statuit (nimium est avidum pecus Amphitrites):
aëriis potius sublimem sustulit alis,
esset ut in terris facti de nomine ciris,
ciris Amyclaeo formosior ansere Ledae.
hic velut in niveo, tenera est cum primitus, ovo
effigies animantis et internodia membris
imperfecta novo fluitant concreta calore:
sic liquido Scyllae circumfusum aequore corpus
semiferi incertis etiam nunc partibus artus
undique mutabant atque undique mutabantur.
oris honos primum et multis optata labella
et patulae frontis species concrescere in unum
coepere et gracili mentum producere rostro;
tum qua se medium capitis discrimen agebat,
ecce repente velut patrios imitatus honores
puniceam concussit apex in vertice cristam;
at mollis varios intexens pluma colores
marmoreum volucri vestivit tegmine corpus,

---

482 ac *BHLε* et *Rα* misero ε 483 coniux, *corr.* coniunx *B* coniux *R* neptuñia *L* 484 eternam *B* externam *HRα* et rigidis *Lε* eximiam *Hauptius* extremam *Hertzbergius*. *an* aeternis? *cf.* 504 485 teneras, *corr.* tenerās *B* connetere *H* comittere *R* 486 nimimum *B* nimiumq: *Lε* auide regno *Lε* amphi[c]tdes (des *m. ant. sed* 2 *add.*) *H* 487 Aereis *BR* Aeris *H* substulit *L* 488 cyris *LR* 489 Cyris *LR* amicleo *HR* Amyclaeae *Heinsius* 490 uelud *BH* tenera est *Hauptius* tener est *R* teneres *H* tenerae *Bα* tenere *Lε* protinus *Lεα* ono *H m.* 1 491 animantur *εα* 492 concreata *H* calor/// *L* 493 liquidos *HR* . cille *B* syllę *R* 494 Seniferi *R* etiam tum *Sillig*ius 495 mutab[u]antur, *corr. m. eadem ut vid. B* mutabuntur *H* mutabatur *Lε* 496 horis honus *H* et *om. Lε* 497 speties *L* 499 qua se] quasi *B* quia se *L* 500 uelud *H* paruos *Lε* inmitatus *R* 501 purpuream *Lε* concusit *R* 502 mollis] membris *Lε* coloris *H* 503 Mansurum *Lε* uestu[i]it (*su-*

lentaque perpetuas fuderunt bracchia pinnas.
inde alias partes minioque infecta rubenti
crura nova macies obduxit squalida pelle
et pedibus teneris ungues affixit acutos.
et tamen hoc demum miserae succurrere pacto
vix fuerat placida Neptuni coniuge dignum.
numquam illam post haec oculi videre suorum
purpureas flavo retinentem vertice vittas,
non thalamus Tyrio fragrans accepit amomo,
nullae illam sedes: quid enim iam sedibus illi?
quae simul ut sese cano de gurgite velox
cum sonitu ad caelum stridentibus extulit alis
et multum late dispersit in aequora rorem:
infelix virgo nequiquam a morte recepta
incultum solis in rupibus exigit aevom,
rupibus et scopulis et litoribus desertis.
nec tamen hoc ipsum poena sine: namque deum rex,
omnia qui imperio, terras mare sidera versat,
commotus talem ad superos volitare puellam,

---

prascr. m. rec.) *H* tecmine *B* 504 funderunt *BHR* *BH* b[r]achia *R* pinnas *Hauptius* pennas *BHLRεα* 505 In ε nimio *R* impfecta *H* 506 noua macies *α* noι acies *B* nouamq· acie *H* nouemq: aciem *Lε* nouatiqȝ aciem *R* macies *Silligius* pelle *scripsi.* pellē *R* pellem *BH* pellis *Lεα* p *thoeus*, *prob. Lachmannus Lucr. p.* 425 507 pellibus *H* ι *H. m.* 1 confixit *α* acittos *B* 508 misere *R* 50 cida *HLεα* placide *R* placidi *B* 510 Nunquam *BHLR* il post hec *B* post hac *Lεα* 511 *cf. Catulli* LXIV 63 *Bα* saluo *HLRε* renitentem *B* retinentes *R* uictas . 512 thalamis *R* thirio *H* flagrans *HLR* amono 513 Nulle *B* nulla *Scaliger* illū, u *corr. in* a *B* fides iam] cum *Heinsius* illi *B*, *Heinsius* illis *HLRεα* 515 ι *B* 516 aequora *H* aequore *BLα* equore *Rε* 517 nequ *HLRα* nequidquam *B* a *α*, *om. BHLRε* 518 aeuum euum *H* 519 littoribus *HR* lictoribus *L* 520 hac *H* *Loensis* iterum *BHLRεα* poena *Bα* penas *HLRε* siue *i* 521 terras mare sidera *scripsi.* terrarum milia *HLε* terrarum *BRα* et terras ac sidera *Heynius* rerum mortalia *Heinsius* 522 tus *H* ad celum, *in mg.* superos *B* uiol[it]are (*suprascr. m. r*

Cum pater extinctus caeca sub nocte lateret,
illi pro pietate sua (nam saepe nitentum
sanguine taurorum supplex resperserat aras,
saepe deum largo decorarat munere sedes)
reddidit optatam mutato corpore vitam
fecitque in terris haliaeetos ales ut esset:
quippe aquilis semper gaudet deus ille coruscis.
huic vero miserae, quoniam damnata deorum
iudicio patriaeque et coniugis ante fuisset,
infesti apposuit odium crudele parentis.
namque ut in aetherio signorum munere praestans,
unum quem duplici stellatum sidere vidi,
scorpios alternis clarum fugat Oriona:
sic inter sese tristis haliaeetos iras
et ciris memori servant ad saecula fato.

---

523 dum *Silligius* 524 proprietate *H m.* 1 nitentum *vett. edd.: cf. Aen.* III 20 uidemus *BHLRε* tepenti *α*^{1} bidentum *Scaliger* 525 thaurorum *H* suplex *H* respexerat *BH m.* 1 (*corr. m. rec.*) aras *Rα* auras *BHLε* 526 longo *R* decorauit *R* 527 Reddit^{et} (et *suprascr. m. rec.*) *H* Reddit ε *m.* 1 528 Fecitque *B* Fecit et *Lεα* halietos ales *B* halyethos ales ε haliaetus ales *α* aliethos ales *L* helicone sales *H* helice sales *R* essent *R* 529 aquilis *Lεα* aliis, *in mg.* aquilis *B* aliquis *HR* coruscis *Ascensiana et Iuntina* choruscis *B* coruscus *HLRα*^{1}ε 530 vero] ^{g}ero (g *m. rec.*) *H* ero *R* misere *R* quoniam damnata *Bα* quoniam iam nata *Lε* quī iam nata *H* quoniam iam nacta *R* 531 iuidicio *B* patriaeque *Silligius* natique *HLRεα* nāque, *in mg.* natique *B* patrisque *Heynius* 532 Infoesti *R* apposuit *B*, *Silligius* apposuitq̃ *H* apposuitq. *LRεα* 533 Iamq: *Lε* ut in aetherio *Bα* utinam aethereo *R* utinam ethereo *H* utinam etherio *Lε* lumine *Schraderus* pręstas *R* 534 stellatum *Iuntina* stellarum *BHLRεα* sydere *LRα* mu^{n}ere *B* 535 Scorpios *B* Scorpius *HLRεα* alterius *R* fugant *HR*, *lacuna in L* oryona *R* orionem *Lε* 536 se . . . se (*erasis* 2 *vel* 3 *litteris*, se *posterius m. alt.*) *B* tristes *BLεα* haliaeetus *B* halyetus ε haliaetus *α* alietos *H* aliethus *L* aliethes *R* in iras *LRεα* 537 ciricis *Hε* cyricis *LR* seruans *Lε* sedula *R* facto *R* facta *H*

quacumque illa levem fugiens secat aethera pinnis,
ecce inimicus atrox magno stridore per auras
insequitur Nisus; qua se fert Nisus ad auras,
illa levem fugiens raptim secat aethera pinnis.

538—541 = *ge.* I 406—409 538 secat] in *Lϵ* aethera *BL* ethera *Hϵ* aera *Rα* pennis *BLRϵα* pinnus (*m. rec. suprascr.* pennis) *H* 540 $\underset{\cdot}{\overset{n}{u}}$isus *B* uisus *H* 541 aethera *BL* ethera *Hϵ* aera *Rα* pinnis *H* pennis *BLRϵα* P. VIRGILII MARONIS CYRIS FINIT *R*

COPA.

Siglorum tabula.

A = Colbertinus I.
B = Bembinus.
G = Gudianus saec. XV.
H = Helmstadiensis.
M = Monacensis n. 305 saec. XI vel XII.
R = Monacensis n. 261 saec. XV.
T = Tegernseeensis saec. XII.
W = Monacensis n. 21562 saec. XI vel XII.
Ψ = ***MRTW***.
P = Petavianus.
V = Vossianus n. 81.
Y = Thuaneus.
Z = Vossianus n. 849.
l = Vossianus n. 96.
t = Gronovii excerpta.
ϵ = Basileensis.
α = Aldina a. 1534.

Copa Surisca, caput Graia redimita mitella,
  crispum sub crotalo docta movere latus,
ebria fumosa saltat lasciva taberna,
  ad cubitum raucos excutiens calamos:
'quid iuvat aestivo defessum pulvere abisse?
  quam potius viduo decubuisse toro!
sunt topia et calybae, cyathi, rosa, tibia, chordae
  et trichila umbrosis frigida harundinibus;

Publii Virgilii Maronis || Dirę Finiunt; Copa Eiusdē || Maronis Incipit *B* PVBLII·VIRGILII DIRE FINIVN̄·COPA EIVSDEM·MARONIS·INCIPIVNT· *Y* P. VIRGILII MARONIS COPA INCIPIT *P teste Burmanno.* P. Virgilii Maronis·Copa·ϵ PRIAPEIA EXPł·COPA INCIP̄·*T* Finis Rosarum libri. Et cope Liber Incipit. *V* COPA AD ALIBIDAM *Z* Copa *H* Virgilius ad copam *l* 1 *litteris maiusculis in Y* Cupa *Bentleius ad Hor. serm.* II 2, 123 *voluit.* syrisca *Zlα* sirisca *H V* sui risca, *in mg. m. rec.* l' sirisca *B* suirisca *P* VIRISCA *Y* furisca *Ψ* graia *Zϵα* g̃ia *V* graya *l* greca *HPΨ* grega, *corr. m. eadem* greca *B* CRECA *Y* metalla, *in mg. m. rec.* l' mitella *B* METALLA *Y* metalla *P* capella mitella *H* 2 Crispim *H m.* 1 crotola *W* crotala *MRT* 3 hebria *BY* fumosa *HΨ* famosa *BPVYZlϵα* 4 At *H* 5 abisse *Ilgenus et Hauptius in Iahnii ann. suppl.* II 1833 *p.* 198 abesse *BHPYZlϵα* abee̴ *Ψ* adee̴ *V* 6 quid *G* potis *Y* potum *GZ* quum potis es *Hauptius olim l. l.* uiduo *G* bibulo *ceteri libri cum α, nisi quod* herboso *Baluz.* decubuisset *Y* thoro *BHYΨϵ* 7 topia *MPRW* topia, *in mg. m. rec.* l' trophi *B* tropia *T* copia *AHY* cuppe *GV* cuppae *Zlϵα* cophia *Teller.* strophia *Gaibac.* et *om.* ϵα calybae '*membrana Contii*', *Scaliger* kalibes *ABY* kalybes *P* calibes *H* chalibes *RW* chalybes *MT* calices *GVZlϵα* obba et calices *Heinsius* obbae, calices *Ilgenus* cyati rosa *BY* ciati rosa *V* crati rosa *A* crathrosa *Ψ* tybia *Ψ* chorde *RW* cordę *B* corde *HVY* 8 trichila *Zα*, *om. R* tricila *G* triaclia *APVY* triaclia, *in mg. m. rec.* l' triachria *B* tnacria *l* triclya *MT* tryclia *W* triclina *H* Triclina ϵ umbrosis *HΨϵ*:

est et vappa cado nuper defusa picato, 11
est crepitans rauco murmure rivus aquae.
est et Maenalio quae garrit dulce sub antro 9
rustica pastoris fistula more sonans.
sunt et Cecropio violae de flore corollae 13
sertaque purpurea lutea mixta rosa;
sunt et virgineo libata Achelois ab amne 15
lilia quae niveis attulit in calathis.
sunt et caseoli, quos sirpea fiscina siccat,
sunt autumnalis cerea pruna deae; 18
sunt et mora cruenta et lentis uva racemis 21
et pendens iunco caeruleus cucumis
castaneaeque nuces et suave rubentia mala; 19
est hic munda Ceres, est Amor, est Bromius.

---

cf. Aen. VIII 34 umbris, *in mg. m. rec.* l' umbrosis *B* umbris *GPVl* umbis *Y* umbriferis *Zα* frida *P* arundinibus *HZε* harundineis *V* arundineis *l* 11 sq. 9 sq. *transposui*, *vulgato ordine libri.*

11 est *om.* *Ψ* et tuappa *P* Etaappa *R* uado, *corr. m. ant.* *H* defusa *ABPYΨ*, *membrana Contii* diffusa *HVZlεα* piccato *H* 12 Et *HYlεα* crepitans *Vl* strepitans *ABHPYZΨεα* trepidans *coni. N. Heinsius* parco *Ilgenus* 9 Est *G*, *Baluz.* Et *H m.* 1 En *ABH m. rec.* *PVYZΨlεα* menalio *BMRVWYlε* 10 Fistule *P* in ore *HPYα* sonans *G* sonat *ceteri*, *nisi quod* canit *Gaib.* 13 et cecropio *GVZl* etiam croceo *ABPYΨεα* eciam crocee *H* et Corycio *Burmannus* uiole *HRW* uinctae *G* uincte *Vl* iunctae *Z* de more *V* coronae *GZl* corone *V* corellę ε 14 qui *P* mixta rosa *HVΨ* mista rosa *Zα* mistatrosa (*corr. m. rec.*) *B* mistratrosa *P* ministrosa *Y* 15 Sunt et *GZ* Sunt q̃ *V* Sunt q *l* Et quae *BHPYΨεα* uergineo *P et corr.* e *pr. ex* i *Y* achalois *Ψ* acheloio *V* achaloio *l* 16 Filia *Ψ* quae niueis *GZ* quę iuuenis *l* emineis *V* uimineis *BHMPWYεα* uimeneis (e *pr. corr. in* i) *RT* adtulit *V* galathis *R* chalatis *H* calatis *l* 17 quo *l* sirpea *GZα* scirpea *V* iuncea *BHPYΨlε* fascina *BH* ficina ε 18 autumnalis *GZlα* autunalis *V* autumnali *BPYΨε* autūpnali *H* prune *V* prima *P* deae *GZlα* dee V die *BHPYΨε* 21 sq. 19 sq. *transposuit Ilgenus*, *vulgato ordine libri.* 21 Suntq3 cruenta mora *V* est *Wernsdorfius* letis *Y* lętis *l* uva] at3 uua *V* 22 Est *P* pendens *GZ* pendet *BHPVYΨlε* niueo *R* ceruleus *BHVYΨ* 19 rubencia *Y* 20 hic] et *V* amor ∸ *l* amor et *GVZ*

est tuguri custos, armatus falce saligna,
sed vasto non est inguine terribilis.
huc calybita veni: lassus iam sudat asellus;
parce illi, Vestae delicium est asinus.
nunc cantu crebro rumpunt arbusta cicadae,
nunc varia in gelida saepe lacerta latet.
si sapis, aestivo recubans te prolue vitro
seu vis crystallo ferre novos calices.
heia age pampinea fessus requiesce sub umbra
et gravidum roseo necte caput strophio,
formosus tenerae decerpens ora puellae.
a pereat quoi sunt prisca supercilia!

---

23 Et *l* siustos *(teste Vossio) Y* 24 sed uasto non est *in litura Colbertinus* 4, *Hauptius* sed non et uasto est *BHPVYZlεα*, *quod ec scribendo tueri conabar.* sed non et uaste *R* sed non et uasto *MTW* 25 Huc *GVZΨlεα* Huic *ABPY* Nunc *H* calybita *Colbertinus* 2 calibita *ABHPRY* chalybita *MTW* calibida *V* alibulla *Z* alibida *lε* albida *G* ad liba *α* cybelista *Hertzbergius* uenit *P* lassus *AHMTWY*, *om. P; item om., sed m. rec. inter* sudat *et* asellus *suprascr.* salsus *B* salsus ε lapsus *R* fessus *VZltα* sedet *V* çasellus *H* 26 Vestae *Is. Vossius ad Catull. p.* 165 uestrae *PΨ* uestrę *Bε* ur̃ę *Y* ure *A* uestrũ *ltα* nostrum *GVZ* nostri '*vetus membrana*' *(h. e. Contii) teste Scaligero, Baluz.* delicium *Ztεα* deliciu ///, *m. rec.* dilicium *B* dilicium *PY* delitium *Vl* deliciae *MT* delicie *RW* Parce illi idelice est asinus uestre *H* 27: *cf. ge.* III 328 Hunc *H* c.rebro (*erasa* c) *B* rumpiunt *B* cupiunt *R* cycade *RW* cicade *Y* 28 uaria in *Ψ* uercaria *H* uere in *ABPYtε* uero in *vetus membrana Contii* etiam in *GVZlα* verna in *N. Heinsius* veprum *Hauptius* viridis *Burmannus* saepe *Gaib., cum N. Heinsio Burmannus et Hauptius* sepe *Colbertinus* 4 sede *ceteri libri* locusta '*vetus membrana*' *Contii* sedet *deteriores quidam*, ε 29 te *Colb.* 3, *Scaliger* ('*hoc etiam confirmat scripta lectio*') Nunc *B* nunc *ceteri libri* 30 Seuuius *Y* crystallo *Zα* cristallo *Vl* cristalle *ABP* cristallae *Y* cristalli *HMRT* christalli *W* ferue *Y* nouo *P* 31: *cf. Calpurnii ecl.* XI 46 Eia *Yε* Ilia *ABP* Haec *MT* Hec *W* Hic *HZα*, *ut in Calpurnii l. l.* Huc *V* Nec *R* Nunc *l* 32 strofio *BMTW* trophio *V* scrofio *R* stripheo *H* 33 Formosus *duo Vossiani teste Burmanno*, ε, *ed. Vicentina* Formosis *Gaib.* Fumosus *Dresd.* Formosum *ceteri libri* tenere *Y* decerpãs *l* decerpes *εα* candida formosae decerpens *Bembus de cul. Verg. p.* 85, *sed librum antestatus nullum* 34 A pereat *Y*,

quid cineri ingrato servas bene olentia serta?
  anne coronato vis lapide ossa tegi?
pone merum et talos. pereat qui crastina curat!
  mors aurem vellens 'vivite' ait, 'venio'.

---

item (sed A *m. rec. corr. in* Ha) *B* Aperiat *Ψ* Apareat *P* Ah pereat *Vl* Ah pereant *Zα* Ωa pereant *H* Ha pereañt є quoi *VZ* quibus *H* cui *ceteri.* sit *V* hec *H* prisca, *in mg. m. rec.* l' crispa *B* crispa *Zl* percilia *R* 35: *cf. Aen.* VI 213 cinere, *corr. m. ant.* cineri *B* Ciperi є ingrata *W* serūas *V* benae *RTW* olencia *Y* 35 ossa *Ilgenus* ista *libri* ipse *Hauptius* legi *(teste Vossio) Y* 37 tallos *MTW* callos *R* pereant є curāt є 38 autem *W m.* 1, *l*

Publii Virgilii Maronis || Copa Finit. Versiculi Eiusdẽ | Maronis De Est·Et·Non·Incip̄ *B* PVBLII·VIRGILII·MARONIS·COPA·FINIT·VERSICVLI·EIVSDEM·DE EST ⁊ NON·INCIPIVÑ *Y* Finis Cope Virgilii Maronis. || Epitaphium baliste conditum a Marone. Monte *e. q. s.* P. VIRGILII MARONIS COPE LIB. EXPL. *V*

MORETUM.

Siglorum tabula.

A = Colbertinus I.
B = Bembinus.
E = Colbertinus V saec. XIII.
F = Regius I saec. XI.
H = Helmstadiensis.
O = Sorbonianus.
S = Vindobonensis I saec. XI.
T = Vindobonensis II saec. XV.
V = Vossianus n. 81.
Y = Thuaneus.
Z = Vossianus n. 849.
a = Monacensis I saec. XI.
b = Monacensis II saec. XIII.
c = Monacensis III saec. XI.
p = Regius II saec. XV.
t = excerpta Gronoviana.
ε = Basileensis.
α = ed. Aldina II.

Iam nox hibernas bis quinque peregerat horas
excubitorque diem cantu praedixerat ales,
Simylus exigui cultor cum rusticus agri,
tristia venturae metuens ieiunia lucis,
membra levat vili sensim demissa grabato
sollicitaque manu tenebras explorat inertis
vestigatque focum, laesus quem denique sentit.
parvulus exusto remanebat stipite fomes
et cinis obductae celabat lumina prunae.
admovet his pronam submissa fronte lucernam
et producit acu stuppas umore carentis
excitat et crebris languentem flatibus ignem.
tandem concepto se lux fulgore recepit;

Publii Virgilii Maronis || Egloga de Rosis Finit || Eiusdem Maronis || Moretum Felicit Incip *B* Incip̃ publii Virgilii Maronis feliciter Moretum *V* INCIP MORETVM PVBLij VIRGIK maRONIS *S* P·V·M· EGŁ DE ROSIS FINIT·EIVSDEM AMMORETVM INCIPIT *Y* Incipit Moretus Virgilii *T* Moretum incipit *H* P. Virgilii Maronis Moretum ϵ
1 Iam *om.* *Y* perhegerat *Y* 2 predixerat *Y* prędixerant *B* praeuenerat '*vetus membrana*' *Scaligeri* 3 Symilus *B* Similus *S*ϵ Symilius *Y* Simulus *HVZpα* Sumilus *A* Similis *Tbc* simil^{u}is *a* horti ϵ orti *TV* 4 Tria *T* 5 Menbra *S* uili sensum *T* sensim uili *HVZα* sensim tristi (*in mg.* uili) *p* dimissa *Yabc* grabatto *BSabc* grabacto *V* 6 Solicita *Hp* extersit *Sabc* inertes *Vbc*ϵ inhertis *Yp* inhertes *HT* inanes, *suprascr.* inertes *a* 7 lęsus. (*erasa* q) qui *B* laesus qui *AY* quem laesus *O* laesum quem *b* sensit *BSTabc*ϵ 8 erusto *V* fomes *Scaliger* fumus *libri* 9 Sed *V* obducte *V* uelabat *Q* remanebat *Z* lumine *H* prune *V* 10 Admonet *m.* 1 *ut vid.* *B* is *HVp* sūmissa *B* summissa *Y*ϵ sub~~hys~~missa *H* laternam *Gaibac.* 11 acus *S* stupas *BHTp*ϵ humore *libri* carentis *Hp* carentes *ceteri libri* 12 faucibus ϵ 13 se lux fulgore recepit *Scaliger* sed lux fulgore

oppositaque manu lumen defendit ab aura
et reserat casulae quae pervidet ostia clavi.
fusus erat terra frumenti pauper acervus:
hinc sibi depromit quantum mensura patebat,
quae bis in octonas excurrit pondere libras.
  Inde abit adsistitque molae parvaque tabella,
quam fixam paries illos servabat in usus,
lumina fida locat; geminos tum veste lacertos
liberat et cinctus villosae tegmine caprae
praeverrit cauda silices gremiumque molarum.
advocat inde manus operi, partitus utrimque:
laeva ministerio, dextra est intenta labori.
haec rotat adsiduum gyris et concitat orbem
(tunsa ceres silicum rapido decurrit ab ictu),
interdum fessae succedit laeva sorori
alternatque vices. modo rustica carmina cantat

---

recedit *AEOSYabc* sed lux fulcore recedit, *m. rec. sic corr.* : sed lux fulgore recedũt, *et in mg.* = tenebrae *B* tenebrae fulgore recedunt *HVZpεα* tenebre fulgore recidunt *T* 14 Obposita *V* defendit (t *m.* 2) *p* 15 reseret *H m.* 1 casulae *E*, *Scaliger : cf. v.* 61 clausae *OY* clausę *Bε* clause *T* clausa *HSVZabcpα* clauae *Gaibacensis* claue *membrana Pithoei* cellae *Barthius* qua *SO* que *HV* q; *T* peruidet *BSYZ* praeuidet *plerique Silligiani*, *α* preuidet *HTVε* prouidet *E pro varia lectione* hostia *HTVZpεα* clauis *BSTVYabcε*, *plerique Silligiani* cellae *Heynius* 16 terra (a *corr. ex* e) *p* terrae *EZα* tere *V* paruus *Z* 17 Hanc *a* petebat *FOSTVZabcεα* sinebat *E* 18 Que *HST* bis in] bifido *SOa* bifide *F* bis et *bc* octenas *T* octauas *Thuaneus* 2 excurit *V* occurrit *EHZp* 19 assis [illegible]it *HSTabcpε* pua *T* 21 tum *Silligius* tunc *libri* 22 Librat *Z* tergore *FOSZabcα* capte *T* 23 Peruerrit *BY* Peruerrit *STpε* Praeuertit *HEabc* Euertit *Z* cauda caudam (*om.* silices) *T* cauda cauda (*om.* silices) *Colbertinus* 2 silicem *Vε* 24 Admouet *α* partitur *T* utrinq; *TV* utriq; *EOSabc* utrumque *AHZp* utrasque *glossator in p* utramque *εα cum paucis deterr.* 25 Leua *BYε* 26 Hinc *V* assiduum *STabcε* assiduis *HZpα* giris *HTV* concutit *HZp* 27 Tonsa *ABEY* Tusa *Oε* Trita *HZ* Tricta, *corr.* Trita *p* rapido silicum *HZpα* decurit *V* decurrat *bc* 28 succurrit *pε* laua (e *corr. m. rec.*) *B* leua *Y* 29 dehinc *p* cantat (t *superscr.*) *B*

agrestique suum solatur voce laborem,
interdum clamat Scybalen. erat unica custos,
Afra genus, tota patriam testante figura,
torta comam labroque tumens et fusca colore,
pectore lata, iacens mammis, compressior alvo,
cruribus exilis, spatiosa prodiga planta.
[continuis rimis calcanea scissa rigebant.]
hanc vocat atque arsura focis imponere ligna
imperat et flamma gelidos adolere liquores.
  Postquam implevit opus iusto versatile fine,
transfert inde manu fusas in cribra farinas
et quatit, ac remanent summo purgamina dorso,
subsidit sincera foraminibusque liquatur
emundata ceres. levi tum protinus illam
componit tabula, tepidas super ingerit undas;
contrahit admixtos tum fontis atque farinas
transversa duratque manu liquidoque coacto

---

30 voce] utre *V* 31 Interea *Zα* scibalen erat *S* cybalen at ϵ sibalem erat *T* cibale3 hec erat *V* cibale hec erat *p* thibale c erat *H* cybale haec erat *Zα* *Post v.* 31 *repetitur v.* 7 *in Sabc* : *cf. Hauptii quaest. Catull. p.* 50 32 Ipsa *FSabc* trium tota *FOSabc* patriam tota *Colbertinus* 4 33 Torua *E* lore *ABY* 34 Pectora *AFHOSTVYabcϵ* iacent *Tϵ* gerens *bc* complexior *V* comprensior *a* 35 spaciosa *Yp* spaciose *T* prodigia *ABV* plante *T* 36 *om. ABEFOSVYabc, imo marne m. rec. add. B, habent in textu HTZpϵα* scalcanea *B m. c.* sissa *T* 37 focis arsura *E* inponere *S* imponeret *Y* gua *H* 38 bullire *Sabc* 39 Sed postquam *Tϵ* inpleuit *V* opus *om. BTYϵ* iusto *EFOSabc, membranae Scaligeri* iustum *HTVYZpϵα* fine *EFOSTabc, membranae Scaligeri* finem *BHVYZpϵα* 40 Transferat *BY* hide *Y* illa *FOSabc* manus *EHTVZp* sas ϵ, *Vossius* 41 ac *ETϵ* hac *AY* haiic (*corr. m. ant.*) *B* hec haec *FOabc* et *HVZpα* at *Thuaneus* 2 summa *Y* 42 Subdit *HTVp* Subdidit *Y* Suscedit *Z* Suscipit *E* sincere *B* inpta *E* loquatur *H* colatur *V* 43 Emundata *HSTVZpα* Emenita *ABEYabcϵ* tunc *EHVp, om. T* illa *ABEOSTYabc* 44 Compoit, *m. eadem sic corr.*: Compnit *B* Conponit *V* 45 *om. deteiores quidam Silligiani* Cum trahit *FO* Conterit ϵ admistos *Zα* dmixtas *ABEFOSTYabcϵ* tunc *V* nunc *BSTYabc* fontis *V* ntes *HSZabcp* frondes *ABFOTYϵ* frondens *t* frendens *Gronovius*
46 Transversa *Scaliger* Transuersat (Trans uersat *B*) *libri, nisi quod* anuersat ϵ duratque *Heinsius ad Ovidii fast.* I 338, *Vossius* durata

interdum grumos spargit sale. iamque subactum
levat opus palmisque suum dilatat in orbem
et notat inpressis aequo discrimine quadris,
infert inde foco (Scybale mundaverat aptum
ante locum) testisque tegit, super aggerat ignes.
dumque suas peragit Volcanus Vestaque partis,
Simylus interea vacua non cessat in hora,
verum aliam sibi quaerit opem, neu sola palato
sit non grata ceres, quas iungat comparat escas.
non illi suspensa focum carnaria iuxta,
durati sale terga suis truncique, vacabant,
traiectus medium sparto sed caseus orbem
et vetus adstricti fascis pendebat anethi.
[ergo aliam molitur opem sibi providus herbis.]
  Hortus erat iunctus casulae, quem vimina pauca
et calamo rediviva levi munibat harundo,
exiguus spatio, variis sed fertilis herbis.
nil illi derat, quod pauperis exigit usus:
interdum locuples a paupere plura petebat.

---

libri, *nisi quod* aurata *V* casto *V* coactu (u *ex corr.*) ϵ 47 grumo *Hp* gremio *FOSZabc* spsit *T* 48 Laeuat *p* Format *α* suum] unum *E*, *fortasse recte* sinũ ϵ 49 impressis *STVp*ϵ ęquuo *S* equo *V* quatris *V* 50 foco scybale *abc* foco scibale *S* focos cybale *ABY* foco sibale *T* foco cybale *p*ϵ*a* foco cibole *H* foco cibale *V* fixo cybale *Z* actum *V* 51 focum *p* quae *B* quae *A* tegis *T* tegens ϵ aggeret *Y* aggerit *Regius* 4 ignem *Colbertinus* 4 52 Cumque *A* peregit *H m.* 1 uulcanus *libri* uasta *FO* testa *α* partis *p* partes *ceteri libri*

53 Symilus *B* Similus *STbc*ϵ Simulus *HVZpα* Symilius *Y* Similus cessit *H* ab hora *E* 54 abam *Y* querit *Y* poscit *T* 55 non] cũ *S* cōpat *S* compat *T* 56 focis ϵ carmaria (m *corr. m. antiqua in* n) *B* carnalia *EF* 57 Durata *E* tersa *E* 58 Traiectũ *T* Transiectus *H* sparto] parco *EHVZ* sed] sale *V* 59 ue . . tus *Z* astricti *HSTVp*ϵ fassis *Hp* fes tis *E* pandebat *H* aneti *HSTVp* anehti *Y* 60 *spurium habeo.* molitur *in litura*, *sed m.* 1, *item in mg.* molit *m.* 1 *S* herbis *scripsi*: *cf.* 63. 99. 106 aeris, *in mg. m. rec.* l' heros *B* aeris *AEY* heros *STVZabcp*ϵ*α* hos̃ *H* 61 Ortus *HTVp m.* 1 casuleq; *V* uirrina *Z* 62 redimita *EVZp* redemita *H* recidiua *α* leua *a* muniebat *T* arundo *Zp*ϵ 63 spacio *STYp* 64 Non *OTV*ϵ derat *B et Colbertinus* 2 deerat *reliqui* exigat *b* casus *b* 65 locuplex *Tp*

nec sumptus erat illud opus, sed recula curae.
si quando vacuum casula pluviaeve tenebant
festave lux, si forte labor cessabat aratri,
horti opus illud erat. varias disponere plantas
norat et occultae committere semina terrae
vicinosque apta cura summittere rivos.
hic olus, hic late fundentes bracchia betae
fecundusque rumex malvaeque inulaeque virebant,
hic siser et nomen capiti debentia porra,
[hic etiam nocuum capiti gelidumque papaver]
grataque nobilium requies lactuca ciborum,
. . . . . crescit quae in acumina radix

---

multa *EHZp* patebat *V* 66 Non *H* sum ptus *B* erat *om. S* illud *Zp* ille[ud] (*corr. m.* 2) *H* ullus (*an latet* ollus?) *ABOYε* ullius *FSabc* ulūs *T* huius *Vα*: *cf.* 69 recula curae *scripsi.* regula curae *libri plerique omnes*, *nisi quod* ferçula cure[b] regula[a] *corr. m.* 1 *T* regula uitae *E* 67 casulę *S* casuale *V* pluuie *STV* ve] q; *SV* que *EFO* 68 Festa[v] *T* ve *om. F* q; *Sabc* uel si *O* lux] uel *S* morte *a.* cessabit *T* aratro *p* 69 Orti *HTVp* erat illud opus *p* erat huius opus *E* illud opus erat *T* deponere *BZpα* 70 Horat *Y* occulte *V* oculte *HT* cōmiterę *Y* comitetur *H m.* 1 comittere *ε* seminat *Y* semine *T* semita *B* 71 que *om. Regii* 3 *et* 4 apta *Hauptius* apte *libri* cure *T* curat *Colbertinus* 4 *cum aliis* summittere *BY* sumittere *S* submittere *ceteri libri* 72—74 *om. m.* 1, *sed vacuis relictis tribus lineis*, *add. m. rec. in V* 72 olus[h] (h. *suprascr. m. ant.*) *B* holus *H* locus *OSabc* lotus *ε* lothos *T* hic latę *Y* hic latae *Fε* et late *EHp* fundentis *FSabc* frondentis *E* brachia *BHSTYabcpε* baetae *AY* bete *HT* blite *p* 73 Secundus *Y* que *om. S* maluaeque inulaeque *AVεα* maluęq; inilęq; *Sabc* malueq: inuleq; *T* malunę inulęque *BY* maluae uiolaeque *EHZp* maluae milaeque *FO* rubebant *Gaibacensis* *Post v.* 73 plurima crescit ibi surgitque in acumina radix *HZp* 74 sesir, *in mg. m. rec.* l' siser l' cicer *B* cicer *Zp* acer *H* capiti nomen *EHTZpεα* debencia *Y* tepentia *FOSabc* porri *AY* portat *S* cepa *HZp* 75 *habent HVZpα*, *om. BEFOSTYabcε cum aliis*, *etiam A non dubitante Hauptio qu. Cat.* 50 76 Orata *V* 77 *hic om. Zpεα* crescit quae in acumina radix *scripsi.* Crescitq; in acumina radix *OSabc* Quae crescit in acumine radit *ABYt*: *cf. Hauptius l. l.* Plurima crescit ibi surgitque in acumina radix *B m. rec. in mg.*, *T*

et gravis in latum dimissa cucurbita ventrem.
verum hic non domini (quis enim contractior illo?),
sed populi proventus erat, nonisque diebus
venales umero fasces portabat in urbem:
inde domum cervice levis, gravis aere redibat,
vix umquam urbani comitatus merce macelli.
caepa rubens sectique famem domat area porri
quaeque trahunt acri voltus nasturtia morsu
intibaque et venerem revocans eruca morantem.
Tunc quoque tale aliquid meditans intraverat hortum.
ac primum, leviter digitis tellure refossa,
quattuor educit cum spissis allia fibris;
inde comas apii gracilis rutamque rigentem
vellit et exiguo coriandra trementia filo.
haec ubi collegit, laetum consedit ad ignem

Plurimaque in terram detrudit acumina radix *H: cf. Ovidii metam.* XI 72 Plurimaque in terram acumina radix detrudit *V* *possis fortasse* plurima ibi raphani *supplere.* 78 demissa *HVZpα* 79 hec *abc* enim] hic *T* illo est *Hp* 80 puentus *p* profectus *FOSabc* nonis *Pithoeus* notis *aut* nonis '*membrana Pithoei itemque aliae*' *teste Scaligero* notis *BHSTVYabcp m.* 1 ε noctis *Fp m.* 2 noctes *Z* certis *Regius* 4, α ue *T* 81 umero *O* humero *EFHSZabcp* humore *AY* humeris *G* homero *Dresd.* olerum *Vεα* holerum *T* holorū *m. rec. in litura (erasarum litterarum prima ut fuisse Zangemeister[o] videatur* h, *secunda vel* o *vel* e, *tertia* m, *ultima* o, *ut non dubite[m] quin m.* 1 *aut* humore *aut* humero *extiterit) B* fasses *H* ad *bc* 82 *cf. ecl.* I 35 ceruice *erasum, sed m. rec. restitutum, suprascr[iptum] etiam aliud nescio quid, sed hoc quoque erasum in B* guis *m. rec. i[n] litura B* ere *ST, m. rec. suprascr. B* here *p* 83 unquam *TVp* comitat9 ierce *H m.* 1 comitatus inherte *T* uacua mercede *FOSa[bc] (ut vid.)*, '*vetus scriptura*' *teste Scaligero* marcelli *H m.* 1 84 Caepa *BY* Cepe *T* Cepa *reliqui* ꝛoebens (*h. e. ut vid.* roeben[s]) *T* dorat *H m.*1 aera *abc* pori *V* porti *T* 85 animo *E* u[u]ltus *BHSTYp cum plerisque* uultum *V* nasturcia *BHSVYε* n[a]sturtia *Ep* nascentia *Z* 86 Intuba *Vp* reuocansq; *T* eru[ca] *V* 87 Tum *Z, fortasse recte* intrauit in *Regius* 4 ort[u]m *HTVYp* 88 Hac *AB* Hanc *Y* digitis leuiter *Colbertinus* 4 tellura *S* refusa *FO* 89 Quatuor *HSVYabcpε* spicis *ABTYε* alea *OT* alia *Thuaneus* 2 90 gracilis *V* graciles *BHSYZpε* gratiles *T* ///igentem (g *corr. m. eadem ex* r) *Y* uirentem *EHVZpα* 91 Vellet (*corr. m. rec.*) *B* et *om. a* tremencia *Y* filio *B* 92 letum *Y* lentum *Heinsius ad Ovidii fast.*

et clara famulam poscit mortaria voce.
singula tum capitum nodoso cortice nudat
et summis spoliat coriis contemptaque passim
spargit humi atque abicit. servatum in germine bulbum
tinguit aqua lapidisque cavum dimittit in orbem.
his salis inspargit micas, sale durus adeso
caseus adicitur, dictas super ingerit herbas,
et laeva vestem saetosa sub inguina fulcit:
dextera pistillo primum fragrantia mollit
allia, tum pariter mixto terit omnia suco.
it manus in gyrum: paulatim singula vires
deperdunt proprias; color est e pluribus unus,
nec totus viridis, quia lactea frusta repugnant,
nec de lacte nitens, quia tot variatur ab herbis.
saepe viri nares acer iaculatur apertas
spiritus et simo damnat sua prandia voltu;
saepe manu summa lacrimantia lumina tergit
inmeritoque furens dicit convicia fumo.

II 578 93 clara in *H* 94 Si^n^gula (*corr. m. eadem*) *B* tunc *EHVp* nodosum *Y* nodos *H m.* 1 numerosa *Carcav.* ϵ corpore *AFOSTYbc*, '*vetus scriptura*' *Scaligeri.* uertice *Hp* pectore *a* mundat *Tellerianus* miscet *Thuaneus* 2 95 spoliat *om. b* coreis *BY* comptetàq3 *V* coniectaq; *Sabc* contectaque *F* temptataq; *T*ϵ 96 adtq3 *V* abicit *abcα* adicit *BEFOSTYZp* adijcit *H*ϵ abdicat *V* in *V*, *om. BHSTYZabcp*ϵα germine *Schraderus* g͠mine *HSTV* gramine *BYZabcp*ϵα bullū *ESap* bolu *bc* 97 Tingit *HTVp*ϵ Fingit *Z* aquę *S* labidis *S* lepidis *T* demittit *VZα* 98 Hic *Vp*ϵ Hinc *Zα* Hec, *corr. m.* 2 Hic *H* inspargit *ABFSTYabc* inspergit *O* iuspargitque ϵ aspergit *EHVZpα* micas] durasq; micas *T* sale *om. F* obeso *V* abeso *Regius* 3 adusto *T*ϵ 99 adiicitur *BH*ϵ aduehit *V* aduehitur *Regius* 3 inserit *AEFOSTYabc*ϵ 100 leua *HBVY*ϵ setosa *libri*, *nisi quod* sethosa *H* setossa *Dresdensis* inguine *ABY* fulscit *T* 101 flagrantia *ABEOSabc* flagrancia *Y* 102 Alea *T* tunc *EHp* misto *Zα* succo *HVZabcp*ϵ 103 Et *S*ϵ in girum *VY* inguum *T* 104 ex *HVp* et *T* puribus *b* 105 totus est *E* lactea] singula *Sabc* frustra *BOTV (teste Vossio Y) abcp* resultant *Gaibacensis* 106 dee *H* uariantur *α* ad herbis *H m.* 1 in herbis *Z* in erbas *V* 107 Sepe *Y* uiri ad *E* narres *p* 108 Sp̄c *S* simo, *in mg. m. rec.* camure *vel* camuro *B* sūo *T* summo ϵ dampnat *Y* dāpnat *AHSV* uoltu *Stuttg.* uultu *ceteri libri*, *nisi quod* naso *Tellerianus* 109 sua *T* lacrimancia *Y* terget *BOY* 110 Immerito *BHTYZp*

procedebat opus: non iam salebrosus, ut ante,
sed gravior lentos ibat pistillus in orbes.
ergo Palladii guttas instillat olivi
exiguique super vires infundit aceti
atque iterum commiscet opus mixtumque retractat.
tum demum digitis mortaria tota duobus
circuit inque globum distantia contrahit unum,
constet ut effecti species nomenque moreti.
eruit interea Scybale quoque sedula panem,
quem lautis recipit manibus pulsoque timore
iam famis inque diem securus Simylus illam
ambit crura ocreis paribus tectusque galero
sub iuga parentes cogit lorata iuvencos
atque agit in segetes et terrae condit aratrum.

---

feruens *H m.* 1 conuitia *SY* fummo *p* 111 nec *FHOSZacpα* om. *b* tam *HZpα* 112 gravio *O* gravius *Regius* 3 grauiter *HV* lentus *BHOYp* lentusq3 *V* pistillos *S corr. m.* 1 pistullus pistillaus *Y* pastillus *E* orbē *SV* 113 Ergo et *Z* palladi guctas *V* gutas *p* instilat *p* distillat guttas *H* 115 co-miscet *H* mixtumque] iterum *Z* iterumque *Regius* 3, *Tellerianus* recuruat *HZp*. 116 Tunc *EHVp* digitis demum *VZp* 117 Circumit *ABY* Circum mit *O* distancia *Y* conthahit *B* 118 Constat *H* efecti *p* effeti *T* speties *Y* 119 Erruit *p* Extrahit *Tellerianus* scybale *S* sibale *T* cybale *BYZpεα* cibale *V* cibala *H* 120 lautis recipit *scripsi.* lotis recipit *Gudianus*, *α* recipit lotis *HZp* lętis recipit *Y Froehnero teste* recipit letis *V* laetus recipit *abc (ut vid.)*, '*vetus membrana*' *Scaligeri* recipit letus *S* (*Y teste Vossio*) recipit retus *B* recipis rectis *T* tectis recipit ε 121 Iam famis *HSVZabcpα* INfamis *B* Infamis *AY* Hinc famis *Tε* Iam fatuus *E* symilus *BY* similus *AOSTbcε* simulus *HVZapα* illum (a) *a* ullam *H m.* 1 122 Abit *O* obreis *V* patrib: *Y* que *om. V* 124 ait (g *m. rec.*) *B* ait *b* hys egentes *H m.* 1 in segetem *a* immittit *HZp*

Septem loca Iuuenalia Virgilii Finiunt *B* Versus centum XXIIII or Moreti liber Virgilii pueri explicit *p* FINIS *TV*

CATALECTA.

Siglorum tabula.

B = Bruxellensis.
H = Helmstadiensis.
R = Rehdigeranus.
X = Vossianus n. 78 chart.
Z = Vossianus n. 849.
ε = Basileensis.
α = Aldina II.

I*.

Vere rosa, autumno pomis, aestate frequentor
  spicis: una mihi est horrida pestis hiems.
nam frigus metuo et vereor ne ligneus ignem
  hic deus ignavis praebeat agricolis.

II*.

Ego haec, ego arte fabricata rustica,
ego arida, o viator, ecce populus
agellulum hunc, sinistra et ante quem vides,
erique villulam hortulumque pauperis
tueor malamque furis arceo manum.
mihi corolla picta vere ponitur,
mihi rubens arista sole fervido,

Catalepton uirgilii incipit *H* Vẽgilii catalepton *R* CATHELEPTON
P. Virgilii Maronis Catalecton. Priapus loquitur ϵ. *In B, si Sche-*
·i verba recte intellexi, desunt tituli omnes. I*—III* *in omni-*
s antecedunt ceteris carminibus: cf. Naekius Cat. p. 228.
Burmanni anthol. VI 84, *Meyeri n.* 1697. 1 autũpno *H*
:ũnus *R* Autũno — frequentor *repetitur peculiari versu in H*
hiẽps *BH* 3 frigens ϵ igneus *R* igne *i. e.* igni *Scaliger*
hic *adverbium esse puto: nam vere huius anni in agro positus*
iapus quid per hiemem ligneo deo faciant rustici nondum ex-
ʳtus est. hac *α* ignauis *X* ignaris *BHRZϵα*: *an* ingratis? *cf.*
·. 420 prebeat *BHRZ* praebear *Xϵ*
II* *Burmanni anthol.* VI 85 *Meyeri* 1698. 1 Ego *om. R*
hec *BHZ* aec *R* 2 o *om. BHRXϵ* 3 agellulum *Xϵα*
ɔllum *BHRZ* sinistra et ante *scripsi.* sinistre tante *BH* sinistre
ntem *R* sinistra stantem *Z* sinistra tute *Xϵα* sinistera ante *Scali-*
r ad Catulli Attin 5 *p.* 66 4 heri *RXϵα* uillam *BHRϵ*
.ulũ *H* 5 tueor *BHRXZϵα* tuor *vulgo* malam *scripsi.* mala
HRZ malas *Xϵα* furibus *Z* futuris *H* manum *scripsi.* manu
HR manus *XZϵα* 6 Michi *H* (*ut saepius*) 7 fermido *H*

mihi virente dulcis uva pampino,
mihi glauca oliva duro cocta frigore;
meis capella delicata pascuis
in urbem adulta lacte portat ubera,
meisque pinguis agnus ex ovilibus
gravem domum remittit aere dexteram,
et tenera matre mugiente vaccula
deum profundit ante templa sanguinem.
proin tu, viator, hunc deum vereberis
manumque sorsum habebis: hoc tibi expedit.
parata namque trux stat ecce mentula.
'velim pol' inquis. at pol ecce vilicus
venit, valenti cui revulsa bracchio
fit ista mentula apta clava dexterae.

III*.

Hunc ego, iuvenes, locum villulamque palustrem
tectam vimine iunceo caricisque maniplis

---

8 uirentẽ *R* uirenti ϵ una *H* 9 mihique glauca *B* oliua duro cocta frigore *XZ*ϵ oliua duro cocta frigo . . *B* oliua duro frigore cocta *H* oliua duro frigore coacta *R* duro cocta oliva frigore *α* mihique g. duro oliva frigore *Muretus* m. caduca duro oliva frigore *Heysius* 10 capellae *X* capelle ϵ desiccata *Vossianus teste Burmanno* 11 adultera *H* portant *X*ϵ 12 pigivis *H* 13 *cf. ecl.* I 35 remittit aere dexteram *om. HRXZ*ϵ dextram *B* 14 et tenera *scripsi.* Teneraque *BHRZ*ϵ*α* tenerque *X, Vossianus teste Burmanno*, *quod suppleto* vitulus *defendit Naekius Cat. p.* 156 tenaxque *Doeringius* tenella *Dorvillius* matrem *H* matrẽ *R* mugienteȝ *H* mugientẽ *R* uacula *HR* 15 Dum *B* profudit *X*ϵ 16 proin tu *scripsi.* proin *BHRX*ϵ*α* pro hinc *Z* pro tunc *alter Vossianus teste Burmanno* uerberis (e *suprascr.*) *R* 17 Nanũ *H* sorsum *B* sursum *HRXZ*ϵ*α* habebit *HR*ϵ 18 neque *RZ* trux *Is. Vossius* crux *BHRXZ*ϵ*α* stat ecce *scripsi.* uestat ecce *B* aestate e *RZ* est arte *X*ϵ*α* estate *H* sine arte *Muretus* 19 iniquis *H* uillicus *HR* 20 cum *RZ* reuulsi *B* brachio *libri* 21 fit ista *om.* ϵ Fuit *HRZ* capta *R* dextere *BH*

III* *Burmanni anthol. Lat.* VI 86, *Meyeri* 1699. 1 Hunc ego iuvenes *om.* ϵ *(lacuna)* ego *Bα*, *om. HRXZ* uilulam *B* 2 tectam uimine *om.* ϵ *(lacuna)* munimine *RZ* iunco *HRZ* cari

quercus arida rustica fabricata securi
en tuor, magis et magis nunc beata quotannis.
huius nam domini colunt me deumque salutant
pauperis tuguri pater filiusque adulescens,
alter assidua colens diligentia ut herbae
asper ac rubus a meo sint remota sacello,
alter parva manu ferens semper munera larga.
florido mihi ponitur picta vere corolla,
primitus tenera virens spica mollis arista,
luteae violae mihi lacteumque papaver
palantesque cucurbitae et suave olentia mala,
uva pampinea rubens educata sub umbra.
sanguine hanc etiam mihi (sed tacebitis) aram
barbatus linit hirculus cornipesque capella.

---

cis *α* caris *BHRXZϵ* 3 fabricata *Schraderus* formicata *B* formitata *H* formidata *Zϵ* formata *RX* conformata *α* coufomata *Salmasius ad Solinum p.* 181 fomitata *Is. Vossius* 4 en tuor *scripsi.* Nutrior *BHXϵ* Nutriui *RZα* Nunc tuor *Scaliger* Nutrio *Vossius* nunc *Vossianus teste Burmanno* (*in cod.* 507 *cat.* XIII *adnotauit Vossius ad v.* 3 *pro* conformata] nunc . . . ut) *BHRXZϵα* sit *coni. Vossius* beata *HRXZϵα* beati *B* 5 domũ *R* me deum *Zα* medium *BHRXϵ* 6 pate *H* filiusque adulescens *B* filiusque *HRXZϵα* filiusque coloni *Scaliger* filiusque tenellus *Is. Vossius* 7 assiduam *H* diligñã *H* herbę *R* herbe *BHϵ* herba *XZα* 7 *repetitur totidem litteris in H, nisi quod* diligiĩcia *legitur.* 8 asper ac rubus *scripsi.* Asper aut rubus *B* Aspera drubus *H* Aspera dumosaqꝫ *Z* Aspera dumosa *R* Aspera sit dumosa *Xϵ* Dumosa asperaque *α* a meo sint *HR* a meo sit *BZα* meoque *Xϵ* 9 manu ferens *B*, *Dorvillius* ferens manu *Zα* ferens *HRXϵ*. sed semp *R* saepe *Schraderus* usque *Dorvillius* laga *B* 10 Florida *B* ponitur picta *Bα* ponit picta *HR* ponit pictas *Z* posuit picta *ϵ* posuit pictas *X* uero *ϵ* corollas *XZ* 11 Primitus *BHR* Primitiis et *Xϵ* Primitiae et *Zα* Primitu et *Muretus* viret *Hertzbergius* 12 Lutee *B* Lutea *H* Luctae *R* uiole *BH* luteum *Z* ue *R* 13 palantes *N. Heinsius* pallentes *BHRXZϵα* cucurbite *HR* olencia *H* 14 Una *H* pampina *B* 15 sanguine hanc *Muretus* Sanguinea *BHRXZϵα* sanguine haec *Vossius* eciam *H* et *B* tacebis *R* tacebimus *Xϵ* aram *Muretus* arma *BHRXZϵα* 16 lini tirculus *H* lini hircus *R* cornipedis *X* cornipedes *ϵ*, *Vossianus teste Burmanno* capellae *X*, *Vossianus teste Burmanno* capellę *R* capelle *Hϵ*

pro quis omnia honoribus huic necesse Priapo est
praestare et domini hortulum vineamque tueri.
quare hinc, o pueri, malas abstinete rapinas:
vicinus prope dives est neglegensque Priapus.
inde sumite: semita haec deinde vos feret ipsa.

I.

Delia saepe tibi venit. sed, Tucca, videre
non licet: occulitur limine clausa viri.
Delia saepe tibi, non venit adhuc mihi: namque
si occulitur, longe est tangere quod nequeas.
venerit: audivi. sed iam mihi nuntius iste
quid prodest? illi dicite, quoi rediit!

II.

Corinthiorum amator iste verborum,

---

17 quis *BHRZεα* quibus *X Vossianus teste Burmanno.* huic *scripsi.* hoc *BHRXZεα* priapo est *B* priapo *XZα* priape *HRε* 18 Prestare *BH* ꝭ *suprascr. H* hortulum uineam *BXεα* hortulū niueã *H* uineam hortum *RZ* 19 malas *RZα* mala *BHXε* rapina *Xε* 20 Vicimus *R* diues *BHεα, om. RZ* negligens *R* que *om. α* 21 sumitte *R* semita *XZα* semitam *BHRε* hec *H* de iñ *H*

I. 1 Delia *Scaliger* De qua *BRXZεα* Deq̃ *H* saepe *R* sep… *BH* Tucca *α* tibi *hic om. R* tucca *RZε* tuica *H* saep… *BXα* uidere tibi *R* 2 oculitur *H* lumine *Xε* causa *R* 3 Delia *Scaliger* Del qua (*sic*) *R* De qua *BXZεα* Deq̃ *H* sepe … se ε non tibi *HRZ* 4 Sicculitur longe est *H* Sic longe occu… tus *R* 5 audiui *B* aut tibi *RXZα* aut ibi *Hε* illa tibi *He…nius* sed iam *HR Voss.* II εα iam iam *BXZ* aut iam ia… tibi: sed mihi *Scaliger* nutius *R* 6 dicere *Xε* dicito *Scalig…r* quoi *Hauptius, sed ante eum* cui *Heynius.* qui *B* quae *RX…α* que *Hε* *Versum 5 sq. sic scribi iubet Hertzbergius:* venerit ut ti… i, sit. sed eam mihi nunc rediisse Quid prodest illi dicere quae redi…t?

II. *Quintilianus* VIII 3, 28 '*multa alia etiam audentius ins…ri possunt, sed ita demum, si non adpareat adfectatio, in quam mi…fice Vergilius:* Corinthiorum . . . fratri. *Cimber hic fuit, a quo fratrem necatum hoc Ciceronis dicto notatum est:* Germanum Cimber occidit.' 1 Corinthearum *HZε* Orinthiorū *R* Mormethiorum *X*

Thucydides Britannus, Atticae febris,
Tau Gallicum, min, al, sil ut male elisit,
Ita omnia ista verba miscuit fratri.

III.

Socer, beate nec tibi nec alteri,
generque Noctuine, putidum caput,
tuone nunc puella talis, ei tuo
stupore pressa rus abibit? ei mihi,

---

ormethiorum '*liber papyraceus Vossii*' *teste Burmanno, h. e. haud ubie Vossianus* II *Naekii Cat. p.* 371. *Post versum* 1 *inserta* Iste ste rhetor namque (naq3 *R*) quatenus totus *inserta habent BHRXZα*, ste uerberet hornāque quatenus totųs ϵ, *om. Vossii ms.* (*in cod.* 507) *t Quintiliani codices.* 2 Thucydidis *Z* Tuchydidis *R* Thuchididis *T* Tritici dedisti ϵ brittannus *Quintiliani Ambr.* brittanus *Bamb.* yrannus *BXZα* tirānus *R* tirannū *H* tyrāno ϵ atticae *XZα* atticę *Quintiliani Ambr.* attice *B*, *Quintiliani Bamb. et fortasse m.* 1 *Ambr.*, *probat Huschkius.* aticae *R* atice *H* acute ϵ febres *Quintiliani Ambr. et Bamb.* 3 *cf. Ausonius grammatomast.* (*id.* XII) *v.* 5 '*dic quid significent catalecta Maronis? in his* al *Celtarum posuit, sequitur non lucidius* tau', *v.* 8 '*estne peregrini vox nominis in Latii* sil? *Et quod germano mixtum male letiferum* min?' ('*Maronis in his*, al, *Et quod Celtarum posuit non lucidius* tau, *Et quod . . .* min' *Scaliger*). Thau *BH*ϵ tam *Quintiliani Goth.* 2 galligcum *B* galicum *R* min al sil ut *Wagnerus*, *quod dum melius inventum erit in textum recepi.* enim et spinet *Quintiliani Ambr. Bamb.* minet psinet *H* minel prosinet *Z* minet prominet *R* et psinae *B* īminet ipsimet ϵ chim et spinae *Quintiliani Turic. Flor. Goth.* 1. 2 *cum aliis* spinae ipsimet *X* spinae ipsemet *α* min sil et al *Salmasius* min al spinae *Huschkius* elisit *Wagnerus* ilisit *Z* illisit *BHX*ϵ*α*, *Quintiliani Bamb.* illi sit *R*, *Quintiliani Ambr. Guelf. Goth.* 1. 2 :*cf. L. Muellerus de re m.* 228. 4 ita] Ista *RXZα* uerba ista *X*ϵ

III. 1 beat *HZ*ϵ 2 Noctuine, putidum *α* noctu inpuditū *H* noctu inpudicū *R* noctu impudicum *RXZ*ϵ noctu in prudentum *B* capit *B* 3 tuone nunc *om.* ϵ (*lacuna*) Tuone *Scaliger* Tuoque *BRZ* Tuaq · *H* Tuque *Xα* tunc *R* ei *Hauptius* et *BHRXZ*ϵ*α* heu *Scaliger* 4 stupore pressa *om.* ϵ (*lacuna*) prępssa rus *R* pressurus *B* abibit, hei *Scaliger* abibit et *Bα* habitet *HRXZ* habitat ϵ

ut ille versus usquequaque pertinet
'gener socerque, perdidistis omnia!'

IIII.

Superbe Noctuine, putidum caput,
datur tibi puella, quam petis, datur;
datur, superbe Noctuine, quam petis.
sed, o superbe Noctuine, non vides
duas habere filias Atilium,
duas, et hanc et alteram, tibi dari.
adeste nunc, adeste: ducit (ut decet!)
superbus ecce Noctuinus hirneam.
thalassio! thalassio! thalassio!

V.

Iacere me, quod alta non possim, putas,
ut ante vectari freta
nec ferre durum frigus aut aestum pati
neque arma victoris sequi.

---

5 ut ille versus *om.* ϵ (*lacuna*) usq · q3 *H* percinat *RZ*, *Is. Vossius* ('*ut in duobus eius codicibus legitur*' *Burmannus*) 6 *cf. Catulli* XXIX 24 gener socerque ϵ (*lacuna*) socer generque *Spengelius in Seebodii archivo a.* 1828 *p.* 114 fuistis perdidistis *B* didistis ϵ

IIII. 1 Vperbe *R* Noctuine, putidum *α* noctuine puditum *B* noctui repuditum *Z* noctu repuditum *HR*ϵ noctu it recutitum *X* noctui et recutitum *Voss.* II capd *B* 2 patis *H* 3 *sqq. desunt in* ϵ 3 Noctuinam *X* noctui nam *HR* 4 o *om. HRX* noctui ne non *H* noctui nonne *RX* 5 filia satilium *B* 6 duas *α*, *om. BHRXZ* 7 ducit] dicit *B* 8 nocturnus *HR* hirneam *BZα* hineam (r *m. ead.*) *H* yrneã *R* irneae *X* hernia *Voss.* II herniam *mavult Scaliger* 9 *om. α* Thalassio Thalassio (*non ter*) *B* Talasio Talasio *HRZ* Thalasio thalasio *X* *Ter positum testatur Marius Victorinus p.* 2585.

V *deest in* ϵ 1 Iacere me *Bα*, *om. X* lacerem *H* Iacere *RZ* *Voss.* II alto *HR* alte *X* possum *Voss.* II 2 ante] tante *HXZ* tantę *R* nectari *H* nectam *X* 3 aut] nec *RX*, *mss. teste Burmanno* 4 neque] Nec quod *H*

valent, valent mihi ira et anticus furor
  et lingua, qua dixim tibi
'per prostitutae turpe contubernium
  sororis, o quid me incitas,
quid, inpudice et inprobande Caesari?
  seu furta dicantur tua
et heluato sera patrimonio
  in fratre parsimonia
vel acta puero cum viris convivia
  udaeque per somnum nates
et inscio repente clamatum insuper
  thalassio, thalassio.
quid palluisti, femina? an ioci dolent?
  an facta cognoscis tua?
non me vocabis spurca per Cotyttia
  ad feriatos fascinos,
nec te movere lumbulos in caltula

---

5 ira et] irate *B* re et *HRX* irae et *coni. Burmannus* antiq[9] *H* antiquus *BRXZ*, 6 dixim (*in proecdosi* dicam) *scripsi.* adsim *BHRXZα* sat sim *Scaliger* iam adsim *Oudendorpius* haud desim *Salmasius* adsiem *Wagnerus* 7 per *scripsi.* Et *BHRXZα* ei *Scriverius* en *Heinsius* praestitutae *X* prestite *HR* prustite *Z* turbe *H* 8 *om. Z* *Post* sororis *vulgo fortiter interpungunt.* o *om. HRX* quod *R* 9 impudice *BHRX* et *om. H* improbande *BHX* iprobande *R* caesari *RXα* caesaris *Z* cesaris *B* esaris *H* 10 Seu *B* Sed *HRXZα* si *Scriverius* furtim *HZ* 11 heluato sera *α* helleuatos era *B* eleuato sera *H* leuato sera *RZ* levato seva *X* 12 In frate *B* fratre, *om.* in, *Z* parisimonia *H* 13 contimunia *R* 14 udaeque *α* Udẽ, *om.* que, *B* Utdeq3 *H* Vtq *XZ* Vt *R* somniũ . . . . . (*lacuna*) *R* somnium *Voss.* II uates *HRX* 15 Einscio *R* insuper *BHRZ* super *Xα* 16 Thalasio thalasio *X* Talasio talasio *R* Talesio talesio *H* Thassalio, *corr.* Thalassio *B* *Hinc usque ad* VII 2 *deficit X.* *Post v.* 16 *in HRZ duo disticha inserta leguntur*, *de quibus dixi in prolegg. p.* 49 17 Vid *R* paluisti *H* foemina *R* an *om. B* 19 Non me *Bα* Nonne *HRZ* spurca *Hauptius* pulcra *B* pulchra *HRZα* Cotyttia *Zα* cocitia *B* cocytia *HR* 21 Nec *Bα* Ne *H* Haec *RZ* te *scripsi.* dein te *BH*, *om. RZ* dein *α* lumbulos *scripsi.* lumbos *BHRZα* caltula *scripsi.* ratulam *B* rotulã *R* rotulam *HZ* crocotulam *α*

prensis videbo altaribus
flavumque propter Thybrim olentis nauticum
vocare, ubi adpulsae rates
stant in vadis caeno retentae sordido
macraque luctantes aqua;
neque in culinam et uncta compitalia
dapesque duces sordidas,
quibus repletus ut salivosis labris
obesam ad uxorem redis
et aestuantes nocte solvis pantices,
os usque lambis saviis.'
nunc laede, nunc lacesse, si quidquam vales!
et nomen adscribo tuum.
cinaede Luci, an te reliquerunt opes
fameque genuini crepant?

---

22 uide[b],o *B* uidebos *R* uideo *H* 23 que *om. Bα* prope *α* Thybrim *Douza* Tybrim et *α* hebrī et *B* tibimet *HRZ* olentes *B* [n]auticum *B* 24 Vocari tibi *B* adpulsa aetatis *RZ* adpulsa erat *H* 25 Sunt *H* ualidis *R* coeno *B* 26 Nac[u]q. *H* 27 et] in *H* cuncta *B* 28 duces '*cod. Voss.*' *teste Burmanno, Scriverius.* dulcis *BHRZα* ducis *Scaliger* 29 repletis *H* salinosis *HZ* salmosis *R* labris *Hauptius* aquis *BHRZα* 30 Obessam *H* 31 nocte *Scaliger* docte *BRα* dote *HZ* dente *Eldikius* cole *Hertzbergius* saluis *H* solvens *Hertzbergius* pāthices *R* 32 Os usque *H*, *Scaliger* Ososque *continuat α* Ossusqʒ *Z* hossusq; *R* Osiculisque *B* ōlusque *Colvius* lambis *α* blandis *del. et manu eadem suprascr.* lambis *B* labis *HRZ* sauiis *Hα* suauis *B* sanus *RZ* 33 quicquam *HR* 34 ascribo *HR* adscribe *Z* 35 *sq. sic in Bα extant, nisi quod* Cinede *B* lucci *B* an te reliquerunt *α* iam te liquerunt *B* *Sed in H v.* 35 *sic legitur:* Cinae dulucissimaʒ et liquere opes, *v.* 36 *autem ut in α, nisi quod* genium *H pro* genuini. *R haec habet:* Cune dulcissima que geniū crepant *vacuo relicto versu sequenti; denique Z haec:*

Cunae dulcissimae quae genium crepant
— — — — — ira uictus

videbo habentem praeter ignavos nihil
fratres et iratum Iovem
scissumque ventrem et herniosi patrui
pedes inedia turgidos.

VI.

Si mihi susceptum fuerit decurrere munus,
o Paphon, o sedes quae colis Idalias,
Troius Aeneas Romana per oppida digno
iam tandem ut tecum carmine vectus eat:
non ego ture modo aut picta tua templa tabella
ornabo et puris serta feram manibus;
corniger — haud aries humilis, set maxima taurus
victima sacratos sparget honore focos,
marmoreusque tibi, dea, mille coloribus ales
in morem picta stabit Amor pharetra.
adsis, o Cytherea: tuus te Caesar Olympo
et Surrentini litoris ora vocat.

---

37 hebentem *Z* hebetem *R* hntem *H* propter *Z* pp̄ *R* 39 scissumque *Bα* Scis unquam *HRZ* uenerem *R* herniosi *Scaliger* hirneosi *Bα* hirreosi *H* hircosi *RZ* 40 inedi *RZ*

VI *deest in* ϵ 1 si] I *R* suspectum *R* suspectam *H* decurere *H* 2 qui *HRZ* idalios *H* 3 rōno *H* opida *H* 4 erat *HRZ* 5 thure *H* 7 corniger *tam ad taurum quam ad arietem pertinet*, humilis *autem cum victima coniungendum*, *ut* maxima *illi respondeat.* haud *Burmannus* hos *BHRZα* ast *Silligius in Iahnii ann.* 1831 *p.* 201 humiles *Heinsius* hos *atque* et *retinens.* sed *Burmannus* et *BHRZα* maxima *Bα* maxime *RZ* maxĩ9 *H* thauris *H* maxima taurus victima *redit in ge.* II 146. 8 sparget *RZ*, *Neapolitanus Sannazarii teste Heinsio ad Ovidii trist.* IV 4, 64 spargit *BH* tinget *α* pascet *Heinsius l. l.* uocos *H* 9 Marmoreos *HR* dea *Heinsius ad Ovidii metam.* XI 610 aut *BHRZα* diva *Scaliger* mille *BHZ* digne *Rα* aut ignicoloribus alis *Pithoeus* diversicoloribus alis *vel* diva, ignicoloribus alis *Scaliger* dea, versicoloribus (*vel* cignicoloribus) alis *Heinsius* aut insignicoloribus alis *Vossius* 11 citherea *H* tuis *R* olimpo *H* 12 littoris *BHR* ara *BH* *Post hunc versum in HRZ sequitur epigramma, de quo dixi in prolegg. p.* 48 *sq.*

VII.

Ite hinc, inanes, ite, rhetorum ampullae,
inflata rore non Achaico verba;
et vos, Stiloque Tarquitique Varroque,
scholasticorum natio madens pingui,
ite hinc, inane cymbalon iuventutis.
tuque, o mearum cura, Sexte, curarum,
vale, Sabine; iam valete, formosi.
nos ad beatos vela mittimus portus,
magni petentes docta dicta Sironis,
vitamque ab omni vindicabimus cura.
ite hinc, camenae, vos quoque ite iam, sane
dulces camenae (nam fatebimur verum,

VII. 1 Iste *H*ε Te *R* ite, rhetorum *Wagnerus* iteret horum *H*ε ττheroz *B* rhetorum ite *Z*α rhetorū *R* ampullae *Wagnerus* ampulle *B* manipulle *H* manipulae *RZ* manipule ε manipli α 2 rore α, *om. lacuna relicta R* rhorso *B* no . . . *Z* roso *HX*ε: *an* rostro *apum scil. Atticarum?* archaico *R* achiaco *H* turba *Scaliger et Turnebus* 3 vos] nos *H* nosq3 *R* vos ite *Hertzbergius* Stiloque Tarquitique *Hauptius*, *om. Z et lacuna relicta R* aelique tarquitique *cod. antiquus Is. Vossii de eo testantis in observ. ad Catull.* X *p.* 39, *quod veretur Hauptius ut ille satis accurate memoraverit.* se liquutar qnq; *B* se liquut argutiq · *H* seliquir arquitique *X* seliquit arquitique ε seliquir atquitique *Vicentina et Brixiensis* seliquati Arquitique α[1] Sile Albuti Arquitique α Stilo Aeli Tarquitique *Scaliger* Sile Tarquitique *Hertzbergius* uario *HR* 4 Scolasticorum *H* nacio *H* uario *RZ* 5 inane cymbalon iuventutis *om. Z et lacuna relicta R* inane *Heinsius* inani *BHX*ε inanis α inanes *Burmannus* cimbalon *B* cybalon *X* cibalon *H*ε 6 cura *BHZ*εα curas *R* causa *Hauptius* ex te *R* tuarum *Z* Musarum *Heinsius* chartarum *Schraderus* 7 ualeto *R* 8 uella *H* inmittimus *X* īnitimur ε 9 dicta docta *B* Scironis *X*εα 10 uendicabimus α uindicauimus *HR* uindicamus *BX* uendicamus *Z*ε 11 uos quoque *BHR*α, *Turnebus et Scaliger* uosque *Z* nam nos quoque *X*ε ite iam, sane *Hauptius* iam ite sane *B* lamite seue *H* lamite sene ε limite sene *Z* limite scaeuę *R* limite saeuae *X vett. edd.* α hinc leves ite *Turnebus* ite lascivae *vel* Misenae *Scaliger* Hymettidis Suadae *Hertzbergius* 12 Dulcis *H* Dulcer *R* alumnae *Hertzbergius*

dulces fuistis): et tamen meas chartas
revisitote, sed pudenter et raro.

VIII.

Sabinus ille, quem videtis, hospites,
ait fuisse mulio celerrimus,
neque ullius volantis impetum cisi
nequisse praeterire, sive Mantuam
opus foret volare sive Brixiam.
et hoc negat Tryphonis aemuli domum
negare nobilem insulamve Caeruli,
ubi iste post Sabinus ante Quinctio
bidente dicit attotonse forfice
comata colla, nequod horridum iugo
premente dura volnus ederet iuba.
Cremona frigida et lutosa Gallia,
tibi haec fuisse et esse cognitissima
ait Sabinus: ultima ex origine
tua stetisse dicit in voragine,
tua in palude deposisse sarcinas
et inde tot per orbitosa milia

---

13 tamen meas] timeas *H* in meas *RZ* cartas *BH* 14 sed] et *R* p^{r}udenter (r *suprascr. m. eadem*) *H* prudenter *R*

VIII. 1 Abinus *R* quem] quidem *B* 2 multo *BHR*ϵ celerimus *H* 3 illius *B* ullus *HRX*ϵ impetus cisi *R* impetus eis *X* impetum cis ϵ 5 uolaret *HX*ϵ 6 et *Scaliger* Neque *BHRZ*ϵα negaret *H* triphonis *HR* typhonis *B* emuli *BHR* domum *Salmasius* domus *BHRXZ*ϵα 8 quintio *HR*ϵ 9 dicet *R* attotonse *Livineius narrante Lud. Carrione in antiq. lectt.* III 5 attodisse *B*, *Scaliger* attondisse *HX*ϵα attendisse *RZ* forfice *Heynius* forpice *RXZ* forcipe *BH*ϵα 10 nequod horridum *Hauptius* ne quid orion *B* nequis otion *X* nequis torion *HRZ* nequis orion ϵ, *Veneta* nequa sordidum α nequa corium *coni. Vossius* 11 uulnus *libri* 12 frigidat *B* lutuosa *R* luctuosa *Z* 13 cognotissima *R* 15 Tuta *R* dicit α ultima *BHRXZ*ϵ 16 Tuas *RX* deposisse *Scaliger* deposuisse *BRXZ*ϵα deo posuisse *H* 17 It inde *H* Tunde *RZ* tona *RZ* milia ϵ millia *BX* malia

iugum tulisse, laeva sive dextera
strigare mula sive utrimque coeperat,
neque ulla vota semitalibus deis
sibi esse facta praeter hoc novissimum,
paterna lora proximumque pectinem.
sed haec prius fuere: nunc eburnea
sedetque sede seque dedicat tibi,
gemelle Castor et gemelle Castoris.

VIIII.

Scilicet hoc sine fraude, Vari dulcissime, dicam:
  dispeream, nisi me perdidit iste putus.
sin autem praecepta vetant me dicere, sane
  non dicam, sed me perdidit iste puer.

X.

Villula, quae Sironis eras, et pauper agelle,
  verum illi domino tu quoque divitiae,
me tibi et hos una mecum, quos semper amavi,
  siquid de patria tristius audiero,

H mala *RZ* 18 dextra *X*ϵ 19 strigare *BHRXZ*, *Nansii co (cf. ad Nonni paraphr. p.* 38), *Veneta* Stringare ϵ strigere α stri gere *Pithoeus* mula *Scaliger* mulas *BHRZ*ϵα utrimque *Heynius*, *cui Heinsius praeiverat* utrumque *HRXZ*ϵα utraque *Fran cius* utrasque *Sixtus Octavianus* cepat *H* coeperant *Octavianus*

Hic unum versiculum velut et haec et illa conquiescere in latu *excidisse ex comparatione Catulliani exempli* (IV 21) *coniecit Nansius. contra Wagnerus talia* pari citata currere impetu viam *supplenda esse censuit.* 20 nota *RZ* nocte *H* dies *X* 21 Tibi *BHR*ϵ facta α sancta *HRXZ*ϵ, *Veneta* scī *B* praeter (*vel* p̃t *B*, *Salmasius* propter *XZ*ϵα pp *H* pp *R* 22 buxinum *vel* puxinum (πυξινὸν) *Salmasius ad Flor.* III 20, 4 buxeum *Heinsius* 24 Sedetqȝ sedes aeque *R* Sedeque sedque *X* Sed eque sedes eque

VIIII. 1 Si licet *Vossianus teste Burmanno*, α uaro *X*ϵ dulcedine *H* 2 putus *Scaliger* potus *RXZ*ϵα pothus *BH* 3 sin artis *proposuit Heynius*

X. 1 que *HR* sironis *HRZ* fironis *B teste Hauptio* (*Schellerus nihil enotavit*). scironis *X*ϵα 2 tum *Schraderus* 4 tristius *RZ*

commendo, in primisque patrem. tu nunc eris illi
Mantua quod fuerat quodque Cremona prius.

XI.

Pauca mihi, niveo sed non incognita Phoebo,
pauca mihi doctae dicite Pegasides.
victor adest, magni magnum decus ecce triumphi,
victor qua terrae quaque patent maria,
horrida barbaricae portans insignia pugnae,
magnus ut Oenides utque superbus Eryx,
nec minus idcirco nostros expromere cantus
maximus et sanctos dignus inire choros.
hoc itaque insuetis iactor magis, optime, curis,
quid de te possim scribere quidve tibi.
namque (fatebor enim) quae maxima deterrendi
debuit, hortandi maxima caussa fuit.
pauca tua in nostras venerunt carmina chartas,
carmina cum lingua, tum sale Cecropio,
carmina, quae Pylium, saeclis accepta futuris,
carmina, quae Pylium vincere digna senem.
molliter hic viridi patulae sub tegmine quercus
Moeris pastores et Meliboeus erant,

---

5 Comendo *BRZ* inprimisque *α* primisque *BHRXZε* tu nunc] tunc *RZ* eris et illi *R* 6 quodue *Z*

XI. 1 ignita *B* phebo *BH* 2 docte *R* 3 Victoria est *HRXZε* triumpho *HXε* 4 quod *H* terrem *H* 5 barbariae *RZ* 6 et *HX* oenides *B*, *Heinsius* Aenides *X* Aeneides *α* eonides *RZ* eenides *H* Enides *ε* Oeneides *Scaliger* erix *HR* 7 uestros *HR* doctos *coni. Wagnerus* expromite *R* 8 sanctus *H* 9 Haec *X* Hec *ε* magnis *H* obtime *B* (*in quo constanter* b *ante* t *legitur*) căpis *R* 10 Quod *Rε m.* 2 scriberem *H* qdue *R* 12 *sq. inverso ordine ε* 12 caussa *B* causa *HRZ* 13 carmine *H* cartas *H* 14 tum] tam *H* cum *X* sole *R* 15 *om. H* quae *om. Z* pilium *R* prciū *B* nimium *Langius* seclis *R* adcepta *B* 16 quae *α*, *om. HZ* que *R* quod *B* sed *Xε*, *Veneta* pilium *BR* 17 hinc *BH* huic *Rε* patule *HR* 18 Meris *H* pastore sed *H* melibeis *H*

dulcia iactantes alterno carmina versu,
  qualia Trinacriae doctus amat iuvenis.
certatim ornabant omnes heroida divi,
  certatim divae munere quaeque suo.
felicem ante alias o te scriptore puellam!
  altera non fama dixerit esse prior:
non illa, Hesperidum ni munere capta fuisset,
  quae volucrem cursu vicerat Hippomenen,
candida cycneo non edita Tyndaris ovo,
  non supero fulgens Cassiopea polo,
non defensa diu volucrum certamine equorum,
  optabant Graiae quam sibi quaeque manus,
saepe animam generi pro qua pater impius hausit,
  saepe rubro Eleis sanguine fluxit humus;
regia non Semele, non Inachis Acrisione,
  inmitti expertae fulmine et imbre Iovem;
non cuius ob raptum pulsi liquere penates

---

19 cantantes *R* ianctantes є alterna *H* 20 trinacrie *R* 21 eroida *H* epiredia *Z* epyredia *R* diui *Ianus Dousa praecidan[illegible] ad Tibulli c.* 13 *p.* 78 diuei *B* diuae *XZα* diuę *R* diue *Hє* 22 diue *HR* quoque *B* q̃q · *H* 23 alios *RZє* o te *B* tot [illegible] tanto *RXZєα* 24 Altera non *B*, *Scaliger* Alter non *HRZα* A[illegible]terno *Xє* fama *B*, *Scaliger* phamā *R* famam *HXZєα* esse *B*[illegible], *Munckerus ad Hygin.* 185 ipse *HXZєα* vixerit usque *Heinsi*[illegible]s dicitur esse *Francius* 25 exsperidū *R* ni] in *Rє* 26 Q[illegible]e *BR* uocrem *B* hippomenem *Z* hypomenen *B* hyppomenem *H* hi[illegible]p-pomanem *Xєα* ypomanē *R* 27 cygneo *R* cigneo *H* tindaris *H* ono *H* 28 cassiapea polo *B* cassipoea polo є casieq · appo[illegible]llo *H* casieq3 apollo *R* 29 uolucrum *Bα* multum *HRXZє* eq[illegible]o-rum *Rєα* quorum *BHZ* 30 Obtabant *B* Graiae quam *α* [illegible]ra-uide quod *BHє* grauidae quod *RXZ* queque *BR* q̃q3 *H* nur[illegible]um *Tollius* 31 animam] cnām є generi *om.* є proh quam *Xє* ipsius *Z* 32 Sepe *B* Eleis *α* similis *BHRXZ*, *Veneta* silis є fulsit *R* 33 *om. HRXZє, tamen ut in HRє initialis littera* R *extet vacuo reliquo versiculi spatio, et sic Voss.* II *quoque: cf. Naekius Cat. p.* 351 34 Inmitti *Bє* Immitti *H* Immiti *XZα*, *quod placebat Scaligero.* Imiti *R* immissum *Langius* expertae *Scaliger* expectat *B* expectant *HRXZα* exspectant є 35 Non cuius ob *B*, *coni. Meyerus* Non ob cuius *H* Non ob cuus *Z* Non obuius

Tarquinii patrios, filius atque pater,
illo quo primum dominatus Roma superbos
mutavit placidis tempore consulibus.
multa, neque inmeritis, donavit praemia alumnis,
praemia Messallis maxima Publicolis.
nam quid ego inmensi memorem studia ista laboris?
horrida quid durae tempora militiae?
castra foro solitos, urbi praeponere castra,
tam procul hoc Latio, tam procul hac patria?
inmoderata pati iam frigora iamque calores?
stertere vel dura posse super silice?
saepe trucem adverso perlabi sidere pontum?
saepe mare audendo vincere, saepe hiemem?
saepe etiam densos inmittere corpus in hostes
communem belli nec metuisse deum?
nunc celeres Afros, periurae milia gentis,
aurea nunc rapidi flumina adire Tagi?

Non ob auiis *Vossianus teste Burmanno.* Non ocius *X*ε, *Veneta*
iius et ob *α* raptim *R* 36 Tarquinii *H* Tarquini *RXZ*ε
arquiniique *B* 38 tempora *HRX*ε 39 nec *X*ε prae-
ia] mater *X*ε, *Veneta* alūpnis *BH* 40 messalis *BHRZα*
axime *RZ* plublicolis *B* 41 iam *Burmannus* ista *om. H*
43 solitis *X*ε castra *B* urbe *B* preponere *BHR* proponere *X*
4 Iam *B* hoc Latio *Wernickius schedd. philoll.* hoc nato *RXZ*ε*α*
oc gnato *B* ac nato *H* a nato *Francius* a gnatis *Salmasius* amotos
angius hac] ac *H* a *R* tam procul ignoto bella ciere solo
rop. Wagnerus 45 Immoderata *H* pati iam *B Voss.* II pa-
iam *HZ* patri iam ε pati nunc *Rα* frigora *Xα* sidera *BH*ε sy-
era *RZ* nuncque *Rα* colores *H m.* 1 46 stertere *α* Sternere
*BHRXZ*ε, *Veneta* 47 Sepe *B* perlabi *α* perlabens *HRX*ε
erlambens *Z* prolabens *B* sydere *R* sidera *B* 48 mare au-
endo *BR*, *Broukhusius* audendo mare *Hα* audendo mari *Z* audendo
iare et *X*ε, *Veneta* hyemem *H* 49 immittere *H* 50 Co-
nunē *R* nec *α* non *BHRXZ*ε, *Veneta* metuisse *Tollius* memi-
iisse *BHX*ε *Veneta*, *quod defendunt Propertii* I 12, 16 *exemplo.*
nonuisse *Z* timuisse *Rα* 51 celeris *H* periurae *Wernsdorfius*
eriure *H* periuria *RZ* p ^{u}inrie; *B* periure in milia ε periturae in *X*,
Veneta periturаque *α* periuraeque *Oudendorpius* millia *RXZα* ultima
Oudendorpius per rura et ovilia agentes *Hertzbergius* 52 adiret

nunc aliam ex alia bellando quaerere gentem,
vincere et Oceani finibus ulterius?
non nostrum est tantas, non, inquam, attingere laudes,
quin ausim hoc etiam dicere, vix hominum est:
ipsa haec, ipsa ferent rerum monumenta per orbem,
ipsa sibi egregium facta decus parient;
nos ea quae tecum finxerunt carmina divi,
Cynthius et Musae, Bacchus et Aglaie.
si laudem aspirare, humilis si adire camenas,
si patrio Graios carmine adire sales
possumus, optatis plus iam procedimus ipsis:
hoc satis est; pingui nil mihi cum populo.

XII.

Aspice quem valido subnixum gloria regno
altius et caeli sedibus extulerat:
terrarum hic bello magnum concusserat orbem,
hic reges Asiae fregerat, hic populos;

---

agi *BH* 53 quere *H* 54 finibus] uiribus finibus *H* 55 tantas non inquam *B* est inquam tantas *XZεα* tantas inquam est *HR* umquam tantas *Scaliger* 56 hausim *H* 57 ipsa haec se ipsa *Salmasius* ipsa haec te ipsa *Oudendorpius* sese haec ipsa *Heinsius* ferent] fer˘ *B* monimenta *Zα* 58 Isa *H* sibi] etiam *Xε* 59 Nos ea quae *om.* ε (*lacuna*) que *R* tectum *H* fixerunt *X* 60 Cynthius et Musae *om.* ε (*lacuna*) Cinthius *H* musa *H* bachus *BH* Aglaie *α*, *om.* *Z* egiale *BRXε* egile *H* 61 si laudem aspirare *om.* ε (*lacuna*) laudes *α* aspirare *B* aspirarem *H* aspirem *RXZα* humili *α*, *Oudendorpius* si *B* sed *HRXZεα* et *Is. Vossius ad Catull. p.* 18 licet *Oudendorpius* audire *Hε* arte *Oudendorpius* camenas *Hauptius* camoena *α* cirenas *B* cyrenas *HRZ*, *Vossius* sirenas *Xε*, *Veneta* camenae *Oudendorpius* humili licet utar avena *Wagnerus* Si, licet asperius, simili recitare camena *Hertzbergius* 62 si patrio Graios *om.* ε (*lacuna*) Sic *HRXZ* carmina ε promere *Oudendorpius* habere *Wakkerus* 63 possumus optatis plus *om.* ε (*lacuna*) oppatis *B* 64 hec *H* nil] uel *α*
XII. 1 Adspice *B* S spice *R* ualido *BHεα* uideo *RXZ*, *Veneta* uiduo *α*[1] invidia *Hertzbergius* regni *Hertzbergius* 2 Alcius *H* coeli *B* celi *H* regni *RZ* 3 bellum *Z* terrore hic belli *Ruhnkenius ad Velleium* II 18, 3 Magnus *Vossius et Burmannus* orbo ε 4 asie *H* hic populos *BRXZ*, *Veneta* hic

hic grave servitium tibi iam, tibi, Roma, ferebat
(cetera namque viri cuspide conciderant),
cum subito in medio rerum certamine praeceps
conruit, e patria pulsus in exilium.
tale deae numen, tali mortalia ritu
fallax momento temporis hora premit.

XIII.

Quocumque ire ferunt variae nos tempora vitae,
tangere quas terras quosque videre homines,
dispeream, si te fuerit mihi carior alter.
alter enim qui te dulcior esse potest,
cui iuveni ante alios divi divomque sorores
cuncta neque indigno, Musa, dedere bona,
cuncta quibus gaudet Phoebi chorus ipseque Phoebus?
doctior o quis te, Musa, fuisse potest?
o quis te in terris loquitur iucundior uno?
Clio tam certe candida non loquitur.

---

populus *H* et populos *α* 5 seruitum *H* tibi iam tibi *HR Voss*. II *εα* tibi iam *B* tibi iam iam *Z* iam iam tibi *Vossianus teste Burmanno*, *Veneta*. minatur *ε* 6 Coetera *R* 7 conamine *Burmannus* 8 Conruit *B* Corruit *HXZεα* Coruit *R* et (*i. e.* ec) patria *HXε* 9 dee *H* deum *Xε*, *Vossianus teste Burmanno*, *Veneta* ritu *Hauptius* nutu *BHRXZεα* 10 premit *Ruhnkenius* dedit *BHRXZεα* ruit *Hauptius* regit *Hertzbergius*.

XIII. 1 Quodcumque *B* hi referunt *B* uarie *R* 2 Pangere *HRXZε* qua *X* quasq. uideris *H* 3 Disperiam *Hε* sĩ, te *B* 4 qui *BHR*, *fortasse recte*, *si ablativus est*. quis *Zεα* potest] pt̃ *H* (*item v.* 8) 5 Cui iuueni *B* Cui cumuenit *HR* Cui conuenit *Z* conuenit *Xε*, *Veneta* cui Venus *α* diui diuomque *BXα*, *Veneta*, *om*. *Z* diui diuumque *ε* diui diūq· *H* q3 *post lacunam R* sorores *BZα* furores *HRXε*, *Veneta* 6 indigna *X* Musa *α*: *vocativum agnovit Scaliger*. multa *BHRXZε*, *Veneta* dedere *X* (i *superscr.*) 7 gaudent *RZ* phebi chorus ipseque phebus *B*, *ut iam Scaliger ordinavit*. phoebi ipiq· phoebei *Z* phebi ip̃eq· phebi *H* phoebi ip̃eq3 phoebei *R* Phoebus deus ipseque Phoebo *Xε* Phoebus, chorus ipseque Phoebi *α* 8 muse *Hε* 9 loquĩ *H* iocundior imo *H* 10 Clio tam *Casaubonus* Clionam *BHXZ* Clio nam *εα* Clio namq3 *R*

quare illud satis est, si te permittis amari,
  non contra ut sit amor mutuus inde mihi.

XIIII.

Quis deus, Octavi, te nobis abstulit? an quae
  dicunt, a, nimio pocula ducta mero?
'vobiscum, si est culpa, bibi: sua quemque secuntur
  fata: quid inmeriti crimen habent cyathi?'
scripta quidem tua nos multum mirabimur et te
  raptum et Romanam flebimus historiam,
sed tu nullus eris. perversi dicite manes,
  hunc superesse patri quae fuit invidia?

---

11 ꝑmitis *R* 12 Nam *BHR*ε nutuus *H* unde *HRZ*
XIIII. 1 octaui *B*α optauit *HRXZ*ε 2 Dicunt a nimio *X*ε Dicunt ah nimio α Dicunt ánimi *B* Dicunt animo *H* Dicuntur animo *RZ* ducta *Heinsius* dura *BHRXZ*εα meo R 3 *sq. respondere Octavium conlato Callimachi* (*anthol. Pal.* VII 725) *exemplo demonstravit Hauptius* 3 sic *R* culpa, bibi *Hauptius* culpabili *HRZ* culpabile *B* culpa bilis *X* cupabilis ε Vobis si culpa est bilis α queqȝ ε sequuntur *HR* 4 Fata *R*α Facta *BHXZ*ε quid inmeriti *B* quod inmeriti α quidē meriti *X* quid' meriti ε quidem menti *HRZ* crinem *H* habere *RZ* ciati *H*, *om. Z et lacuna relicta R* 5 et te *om.* ε 7 tu nullus] tumulus *B*
8 Hunc *B* Nunc *HRXZ*εα quae *BZ*α quod *RX* quot (*voluitne* quor?) *H* quid, *corr.* quod ε

D I R A E.

L Y D I A.

Siglorum tabula.

B = Bembinus.
H = Helmstadiensis.
M, ***R***, ***T***, ***W*** } Monacenses, quibus in Copa usus sum. hic passim eorum mentionem inieci.
Ψ = Monacenses omnes.
Y = Thuaneus.
Z = Vossianus.
ε = Basileensis.
α = Aldina II.
φ = deteriores quidam Naekii vel unus eorum (velut Augustanus Mediceus Vossianus II Vratislavienses I et II, qui solent conspirare).
ψ = omnes nostri praeter eos quos excepi.
ω = omnes.

D I R A E.

Aa Battare, cycneas repetamus carmine voces:
divisas iterum sedes et rura canamus,
rura quibus diras indiximus, impia vota.

b ante lupos rapient haedi, vituli ante leones,
delphini fugient pisces, aquilae ante columbas,
et conversa retro rerum discordia gliscet,
multa prius fient quam non mea libera avena.

Bc Montibus et silvis dicam tua facta, Lycurge,
impia. Trinacriae sterilescant gaudia vobis,
nec fecunda, suis olim felicia rura,
semina parturiant segetes, non pascua colles,
non arbusta novas fruges, non pampinus uvas,
ipsae non silvae frondes, non flumina montes.

c′ rursus et hoc iterum repetamus, Battare, carmen.
effetas, Cereris sulci, condatis avenas,

Libellus Qui Nominatur | Culex Publii Virgilii Finit | Dirę Eiusdem Incipiunt *litteris maiusculis*, *alternis versibus minio vel atramento pictis B* DIRAE MARONIS INCIPIVNT *Y* VIRGILII MARONIS DIRAE *Petav.* Incipit diras *H* Pub. Virg. Mar. dire id est carmen execratorium ad Battarum *ms. Voss. chart. n.* 78 P. Virgilii Maronis: Dirę id est carmen execratorium ad Battarũ ϵ 1 Bactare *H* cicneas *B* cigneas ϵ 2 hyuissas (di superscr.; *corr. m.* 2) *H* 3 Dura *BY*ϵ induximus *H*ϵ 4 edi *H* uituliq· leones *H* 5 aquęlę *corr. m. eadem B* 7 fuerit φϵ fuerint *Boxhornius* 8 dicat *Zα* fata Lycurge ϵ fatali gurce *Y* facta ligurce *B* 9 trinacryę *B* sterilescent *H* nobis *HZα* 10 suis olim *scripsi.* senis nostri ω, *nisi quod* nostris Ψ *Vratisl.* 1 sinus nostri *Scaliger* 11 Senina *H* parturient *H* 13 frondes silue *H* flamina *Medic.*, α *aut hic* fontes *aut v.* 18 montibus *voluit Wakefieldus.* 14 *initiali littera miniata B* bactare *H* 15 sulci *Zφεα*

pallida flavescant aestu sitientia prata,
immatura cadant ramis pendentia mala,
desint et silvis frondes et fontibus umor,
nec desit nostris devotum carmen avenis.

c″ hinc Veneris vario florentia serta decore,
purpureo campos quae pingunt verna colore,
hinc aurae dulces, hinc suavis spiritus agri
mutent pestiferos aestus et taetra venena:
dulcia non oculis, non auribus ulla ferantur.
sic precor et nostris superent haec carmina votis.

Cd Lusibus et multum nostris cantata libellis
optima silvarum, formosis densa viretis,
tondebis virides umbras nec laeta comantis
iactabis mollis ramos inflantibus auris,

(hoc mihi saepe meum resonabit, Battare, carmen)

e militis impia quom succidet dextera ferro,
formosaeque cadent umbrae, formosior illis
ipsa cades, veteris domini felicia ligna.

---

sulcis *BHY* condamus *HZ* 16 flauescunt *H* 17 Inmat *H* ramis (s *adp. m.* 2) *B* 18 Desinet *H* frontibus (*corr. rec.*) *B* montibus *prop. Wakefieldus :cf.* 13. 20 *littera inii miniata B* Hinc *HZ* Haec *B* Haec *Yα* Hęc ϵ 21 Purpureo pingunt *Heinsius* pingint *Vrat.* 2 pingit *BYϵα* pinxit *HZ* ne gant *aliquando coniecit Heinsius* verna *Heinsius* auena ω loro *H m.* 1 22 agris *H* 23 Mutant ϵ Mittent *RTW* Mit *Antverpiensis a.* 1556 aestus *B* terra *H* 24 naribus *H sius*, *fortasse recte.* forantur *BY* 25 Hic *Y* Hęc *B* 26 *tera initiali miniata B* lusibus *Silligius et Putschius* ludimus *defendit Naekius* lusimus *Handius* tu nemus *Scaliger* 27 ui tis *BY* 28 tondebis *Gronovius* Tondemus *BYZϵα* Tundemus tonderis *α*[1] herbas *HZα* et *H* comantes *Hϵ* canentes *Schmidt Philol.* VIII 191 29 molles *H* euris *H* 30 *tera initiali miniata B* hoc *scripsi: cf.* 54. 71. Hec *H* Haec Nec *BZϵα* saepe *B* resonabat *H* resonabis *Tollius* bac *H* 31 impia cum] im platanis *W* in platanis *T* quom ϵ *ψ* succidet *Zα* succedet (*h. e.* succaedet) *BHYϵ* 32 For sae *B* cadunt *BHY* ipsis *Z* 33 Ipsa *Rφϵ* Ipse *BHYZα* it

e′ nequiquam: nostris potius devota libellis
ignibus aetheriis flagrabit. Iuppiter, ipse
Iuppiter hanc aluit: cinis haec ibi fiat oportet.

f Threcis tum Boreae spirent immania vires,
Eurus agat mixtam fulva caligine nubem,
Africus immineat nimbis minitantibus imbrem,
quom tua cyaneo resplendens aethere silva
noscet iter ducens Erebo tua, Lydia, Ditis.

f′ vicinae flammae rapiant ex ordine vites,
pascantur segetes, diffusis ignibus auras
transvolet, arboribus coniungat et ardor aristas.
pertica qua nostros metata est impia agellos,
qua nostri fines olim, cinis omnia fiant.

Dg Sic precor: et nostris superent haec carmina votis.
undae quae vestris pulsatis litora lymphis,
litora quae dulcis auras diffunditis agris,
accipite has voces. migret Neptunus in arva

BY iterum ϵ regna *TWφ* 34 Nequiquam *B* Necquitq̃· *H* Nequicquam *YZα* Nec quicquam ϵ potis *Y* 35 aethereis *B*ϵ flagrabunt *HZα* flagrabis *glossator in Veneta Iensoni* ipse . . . aluit *parenthesin esse vult Naekius* 36 hec *H* aluid *H* haec *B* ibi *scripsi.* tibi ω fiet *H* 37 Grecis *H* Thracis *Z*ϵ*α* inania *H* 38 Purus *BHY*ϵ mistam *Zα* 39 Affricus *H*ϵ immineant *H* nibis *Y* imitantibus *H* mutantibus ϵ imbres *HZ* hymber ϵ 40 quom *Anglic.* ϵ cum ψ resplendeat *Colb.* 3 aethere *B* 41 noscet iter *Medic. ed. Mutinensis*, α noscet intra *repetito hoc versu post v.* 43 *Colb.* 3 Non iterum ψ ducens *Mutin.* α, *om. ut vid. Medic.* ducēs *Colb.* 3 dicens ψ herebo *H* erebro *B* crebro *TW* lidia *BHY* ditis *Colb.* 3, *Mutin.* α dixti *HYZ*ϵ dixit *B* dixi *MRφ* cum tibi, cyaneo resplendens aethere silva, Non iterum dicet crebro quae Lydia dixit *M. Schmidt Philol.* VIII 192 43 auras *Heinsius* aura *Paris.* 4, *ed. Mutin.* α aure *H* aurae *B* aurae *YZ*ϵ 44 contingat *HZ* ardor *glossator in Veneta Iensoni*, *Scaliger* arbor ω 45 . . estica (.ertica *teste Lasseno*) *Y* qua α que *H* quae *BYZ*ϵ nostra *H* inpia *B* 46 fiat *B* fecit *Y* 47 ut *Paris.* 4 48 nostris (*an* uostris?) ϵ litora *B* 49 Litora quae *m.* 1, Littora quae *m.* 2 *B* Littoraq· *H* dulces *H* aures *H m.* 1 50 uites *H* migrat *teste Lasseno Y*

fluctibus et spissa campos perfundat harena.
qua Volcanus agros pastus Iovis ignibus arsit,
barbara dicatur Libycae soror altera Syrtis.

g′ tristius hoc, memini, revocasti Battare carmen.
nigro multa mari dicunt portenta natare,
monstra repentinis terrentia saepe figuris,
quom subito emersere furenti corpora ponto.
haec agat infesto Neptunus caeca tridenti,
atrum convertens aestum maris undique ventis,
et fuscum cinerem canis exhauriat undis.

h dicantur mea rura ferum mare. nauta caveto
rura, quibus diras indiximus, impia vota.

i si minus haec, Neptune, tuas infundimus auris,
Battare, fluminibus tu nostros trade dolores:
nam tibi sunt fontes, tibi semper flumina amica,
unde elapsa meos agros pervenerit unda. 79

i′ flectite currentis lymphas, vaga flumina, retro 67
flectite et adversis rursum diffundite campis:

---

51 perfundit *Y* harena *B*ϵ arena *ψ* 52 uulcanus *ω* pastos *HZ* pastor ϵ arsit *scripsi.* arcet *ω* ardet *Scaliger* uret *Heinsius* 53 sytis *B* 54 *littera initiali miniata B* hec *H* hęc ϵ reuocasset *Y*ϵ reuocass*s*' reuocasset *B* reuocasses *Anglic. Paris.* 2. 3 bactare *H* 55 dicent *BHZ* 57 quom *Anglic.* cum *ψ* furentia *Vrat.* 2 corpore *Y* 58 infesta (o) *B corr. m. rec.* infesta *Y*ϵ 59 convertens] cutens *Colb.* 1 cū *Y* converrens *Scaliger* 60 crimen *H* undit *H m.* 1 61 ferrū *H* 63 *littera initiali miniata B* tuas *Heinsius* tuis *ω* auris *Bα* auris l aruis *Y* aris *HZ*ϵ 64 Bactare *H* nostris *H m.* 1 the *H m.* 1 65 flumica (n) *corr. m. eadem B* flumina semper *Zϵα* 79 *huc transposui.* Undae *B* elapsa *RTWZα* lapsa *BHY*ϵ illapsa *Heinsius* per uenerit *B* perverterit *Heinsius* 66 *post* 78 *transposui.* 67 *littera initiali miniata B* Flectites (s *del. m. ant.*) *B* lymphas *Zα* limphas ϵ nymphas *B* nimphas *HY* 68 aduersi *Voss.* II auersis *Medic. m. pr.* cursum *Medic.* sursum *Leid. Burmanni* aversi cursum *Scaliger*

incurrant amnes passim rimantibus undis,
nec nostros servire sinant erronibus agros. 70

dulcius hoc, memini; revocasti Battare carmen.

h′ piscetur nostris in finibus advena arator, 80
advena, civili qui semper crimine crevit.

k emanent subito sicca tellure paludes, 72
et metat hic iuncos, spicas ubi legimus olim:
occubet arguti grylli cava garrula rana.

tristius hoc rursum dicit mea fistula carmen. 75

k′ praecipitent altis fumantes montibus imbres
et late teneant diffuso gurgite campos,
qui dominis infesta minantes stagna relinquant.

Ka′ Nil est quod perdam ulterius: merito omnia Ditis. 66
o male devoti, praetorum crimina, agelli, 82
tuque inimica tui semper discordia civis!

l exsul ego indamnatus egens mea rura reliqui,
miles ut accipiat funesti praemia belli. 85

---

69 remeantibus *φε*, *Bembus l. l. p.* 86 70 servire *Bembus*, *α* seruire (exire) (u *m. ant. corr. in* ex, *suprascr.* exire *m. rec.*) *B* exire *ψ* erronibus *Bembus*, *α* erroribus *ψ* 71 *littera initiali miniata B* hec *H* bactare *H* *Hic inserui v.* 80 *sq.* 72 Et manent *Y* 73 hinc *Yε* iuncos] miles *φε*: *cf. Bembus p.* 86 74 occubet *Naekius* Occulet *Vrat.* 1 Coculet *TW* Cocule t (*m. rec. coniuncta* t *cum* e), *in mg. m. rec.* l'occultet *B* Cogulet *Y* Concule ubi *H* Conchulae ubi *Z* Occupet *εα* conchula et *Goebbelius* grylli *ε* grilli *BYZα* grili *H* cana *Z* 75 *littera initiali miniata B* dicit *BHY* dicat *Zφεα* dixit *coni. Naekius* 76 Prȩcipite₃ *Y* fumantibus (e) *H* fumante . . . *Z* 78 Qui dominis *Medic.*, *Scaliger* Quid dominis *BY* Quis dominis *Anglic.*, *ε* Quiq· domos *HZα* relinquant *Vratisl.* 2 *m. rec.* relinquunt *ψ* relinqnt (a) *ε* *Hic inserui v.* 66. Nihil *B* ulteris *Y* merito omnia Ditis *scripsi.* merita omnia ditis *B* meritam omnia ditis *Y* merita omnia dici *ε* omnia merita dit⁊ (*h. e.* ditis) *H* meritis omnia dictis *Z* merita omnia dictis *α* 79 *post* 65, 80 *sq. post* 71 *transposui.* 82 praetorum *Medic.* *Zα* pratorum *BYε* patrorum (r) *H* parcarum *TW* raptorum *Scaliger* crimine *BZα* 84 *littera initiali miniata B* Exul *H* indamnatus *B* indampnatus *Y* indemnatus *Zεα* indēpnatus *H* relinqui *H* 85 premia *B*

hinc ego de tumulo mea rura novissima visam;
hinc ibo in silvas: obstabunt iam mihi colles,
obstabunt montes. campos audire licebit

m 'dulcia rura valete et Lydia dulcior illis
et casti fontes et felix nomen agelli! 90
quamvis ignis eris, quamvis aqua, semper amabo: 102
gaudia semper enim tua me meminisse licebit.'

l′ tardius a miserae descendite monte capellae: 91
mollia non iterum carpetis pabula nota.
tuque resiste, pater. en prima novissima nobis
. . . .
intueor campos longum: manet ensis in illis.

m′ rura valete iterum, tuque optima Lydia salve. 95
. . . .
sive eris, etsi non mecum morieris, utrumque
. . . .
extremum carmen revocemus Battare avena.

b′ dulcia amara prius fient et mollia dura,
candida nigra oculi cernent et dextera laeva,
migrabunt casus aliena in corpora rerum, 100
quam tua de nostris emigret cura medullis.

---

86 decumulo ε novissimã (˜ *eras.*) B 88 adire *H* nec adire *Zα* licebat *W* 89 *littera initiali miniata B* *Post v.* 90 *inseruit* 102 *sq. Goebbelius.* 102 *in libris reliquis non haberi dicit Bembus p.* 87: *om.* φε *cum expressis ante Bembum exemplaribus.* Quam uis (*bis*) *B* 103 enim *om. H* tua [me]meminisse (me *suprascr. m. rec.*) *B* tua me minisset *Y* iuuabit *Mutin. α* 91 a miserę (a *m. rec. in* ha *corr.*) *B* a misere *Y* ah miserae *Zα* ha miserę ε ab misere *H* 92 Molia *H* cum *H* 93 Tu quoq· *H* puer *Y* (*nihil adnotavit Naekius*) en *Antverpiensis a.* 1556 et ω haec α^1 *Post hunc v. lacunam statui.* 94 ensis '*aliud Ms.*' *(adnotavit Is. Vossius in exemplari, cui lectiones Y adscripsit)*, α^1 ensis al. obses *Z* esses *BHY* hostis *Voss.* II, εα 95 *littera initiali miniata B* *Post hunc et v.* 96 *lacunas statui.* 97 *littera initiali miniata B* bactare *H* 98 fient *Zφα* fiant *BH (item teste Lasseno Y)* ε 99 cernant *BHY*ε leua *B* leuaq3 *H* 101 tua] nostra *H* de tuis *H*

L Y D I A.

Aα Invideo vobis, agri formosaque prata,
hoc formosa magis, mea quod formosa puella
in vobis tacite nostrum suspirat amorem.
vos nunc illa videt, vobis mea Lydia ludit,
vos nunc adloquitur, vos nunc adridet ocellis,
et mea submissa meditatur carmina voce,
cantat et inter vos, mihi quae cantabat in aurem.

Invideo vobis, agri: discetis amare.

α′ O fortunati nimium multumque beati,
in quibus illa pedis nivei vestigia ponet
(aut roseis digitis viridem decerpserit uvam,
dulci namque tumet nondum vitecula baccho,
aut inter varios uenerem spirantia flores

1 (104) *sqq. sine ullo spatio vel titulo adiuncti in ω, separavit Fridericus Iacobsius opusc. miscell. vol.* V *p.* 641 *sqq.*
1 (104) *littera initiali miniata B* formasa *B* prata *B* 2 Nec *H* Hęc ϵ Haec *Colb.* 3 q̃' *H* quo *Ψ* quam *φ* 3 in vobis *Heinsius* est uobis˙ (nobis *H*) ω uestrum *φϵ* 4 vobis mea Lydia ludit *sic corr., deleto quod prius fuit Z* uos nunc arridet ocellis *H* 5 *om. H* alloquitur *Bϵ* arridet ϵ 6 summissa *BZϵα* carmine *T* 7 (110) inter vos *scripsi.* interea ω, *in quo merito haesit Sillígius, male defensum a Naekio* 8 dis(c)etis amare (c *m. rec. suprascr.*) *B* dissetis amare *Y* formosaque prata *HZ* 9 *littera initiali miniata B cf. ge.* II 458 o *om. Y* nimiumque *Mutinensis ed.* 11 uiridem digitis *Ψ*, *Vratisl.* 1 unam *H* 12 (115) Dulcia *BYΨ* namque: *cf. Lachmannus ad Lucr.* IV 604 timet ϵ n͡tecula *m.* 1 (vi)·ı͡tecula *m.* 2 *H* uicerula ϵ uiterula *φ* bacho *BH* 13 ueneris *Hϵα* veris *Heinsius* spirantia *Eichsta-*

membra reclinarit teneramque inliserit herbam),
et secreta meos furtim narrabit amores!

β Gaudebunt silvae, gaudebunt mollia prata,
tardabunt rivi labentes currere lymphae 18 (121)
et gelidi fontes, aviumque silentia fient: 17 (120)
dum mea iucundas exponat cura querellas.

β′ Invideo vobis agri: mea gaudia habetis,
et vobis nunc est mea quae fuit ante voluptas.
at mihi tabescunt morientia membra dolore
et calor infuso decedit frigore mortis,

β″ quod mea non mecum domina est. non ulla puella
doctior in terris fuit aut formosior, ac si
fabula non vana est, tauro Iove digna vel auro
(Iuppiter avertas aurem!) mea sola puella est.

Bγ Felix taure, pater magni gregis et decus! a te
vaccula non umquam secreta cubilia captans
frustra te patitur silvis mugire dolorem.

---

dius spumantia Ψ *Vratisl.* 1 stipantia *Z* stipendia, *in mg. m. rec.* ·l'stupētia *B* stipendia *HYεα* dispendia *Vratisl.* 2, *Heinsius* simulantia *Silligius* 14 declinarit *Yε* declinarit (rit *m. rec. in litura*) *B* teneremque *Y* tenerēque *B* ueneri *H* ueneremque *R* illiserit *H* illeserit ε inpresserit, *m. eadem suprascr.* illiserit *Vratisl.* 1 15 furtem *H m.* 1 narrabat *H m.* 1 narrabis Ψ *Vratisl.* 1

16 mo^{l}lia *H* 17. 18 *versuum ordinem inverti* 18 labentis *teste Silligio Y*, *Heinsius* labantes *T* labenti *Scaliger* currere α currite ψ limphae *B* lyphae *Y* lympha *Scaliger* 17 (120) fi^{e}ant *Y* 19 iocundas *Yεα* 20 *littera initiali miniata B* 21 nobis *H* mihi *Heinsius* 22 (125) Et *T* Hei ε mihi α male ψ tabescunt εα thabescant *H* tabescant ψ 23 decedit *MRφεα* decedat *HZ* decepit *BY* 24 Q̄ *H* Quid *Medic.* est domina *H* illa *BTWY* 25 aut] et *H* ac *BWε* 26 thauro *H* 27 (130) *parenthesin agnovit Naekius* aduertas *Colb.* 3, ε aurem *MRφ* aure *Y* aure, *in mg.* l' uro *B* auro ε aures *HZα* 28 thaure *H* 29 Vacula *H* bucula *Heinsius* :*cf. catal.* II* 14 non nunquam ε 30 dolores *Z* dolore φε

γ′ et pater haedorum felix semperque beate!
sive petis montes praeruptos, saxa pererrans,
sive tibi silvis nova pabula fastidire

γ″ sive libet campis: tecum tua laeta capella est.
et mas quicumque est, illi sua femina iuncta
interpellatos numquam ploravit amores.

Γδ Quor non et nobis facilis, natura, fuisti?
quor ego crudelem patior tam saepe dolorem?
sidera per viridem redeunt quom pallida mundum
inque vicem Phoebi currus fugat aureus orbis,
Luna, tuus tecum est: cur non est et mea mecum?
Luna, dolor nosti quid sit: miserere dolentis!

δ′ Phoebe, geris quam tu laurus celebravit amorem
et quae pompa deum (nisi silvis fama locuta est

31 *littera initiali miniata B* edorum *H* beatę *B* beatus *Medic. Colb.* 3 beate errans *H* 32 (135) praeruptaque *T* pherbas *H* pererras *Burmannus* 33 fastiditur *H* fas sit adire *Heinsius* 34 *om. R* lete *H* capelle *m.* 1, capella *m.* 2 *H* est *om. H* 35 quicumque *Veneta Scoti a.* 1555 quocumq· ψ quocunque ϵ quodcumque *W* 36 Inter pellatos (*m. rec. coniuncta*) *B* Interpelatos *H* plorabit *W* 37 (140) *littera initiali miniata B* Quor *Z* Cur ψ uobis *TW* natura *deleta priore lectione Z* na *cum signo compendii Colb.* 3 fuisti *Salmasius et Heinsius* fuisset ω 38 Quor *Z* Cur ψ tan *H m.* 1 39 varium *Veneta Scoti a.* 1555 : *cf. Iacobus Philol.* III 549 quom *Angl.* cum ψ radiant *vel* rident *Hauptius* 40 uocem *H m.* 1 Phoebi currus (*sive* currum) *conieci.* phoebe (phoebus Ψ) currens (excurrens φϵ) ω Phoebi *praeivit Heinsius* fugat *scripsi.* atque ω inque vicem Phoebi currens argenteus orbis *Naekius olim.* inque vicem Phoebe, cur est Aetolius heros *Iacobus* 41 tuus *Naekius praeeunte Scriverio* tui ω mecum *Vratisl.* 2 et *om. H* tui tecum cura est, cur non mea mecum? *vel* tua est tecum, cur non cura est mea mecum? *M. Schmidt Philol.* VIII 190 42 qui *Med. Colb.* 3
43 Phębo *Y* Phoebo *B* pheope *T* geris *scripsi cum Scaligero.* gerens ω merens *Med. Angl.* moerens *Colb.* 3 virens *Heinsius* decens *Silligius* recens *Naekius* quam tu *scripsi.* in te ψ uite *H* celebrauit (u *corr. in* b) *H* celebrabit φϵ celebrabis *Scaliger* Phoebo nata recens l. c. a. *Schopenus*, *contra quem disputavit Iacobus l. l.* Phoebe in fronte gerens, laurus celebrabis amorem *M. Schmidt* 44 quae *B* quem *H* quem ϵ pana *Veneta Scoti*

somnia pro veris) secum sua gaudia gestat
aut insparsa videt mundo, quae dicere longum est;
aurea quin etiam quom saecula volvebantur,
condicio similisque fuit mortalibus illis,

Δε haec quoque praetereo. notum Minoidos astrum
quaeque virum virgo sicut captiva secuta est.
laedere, caelicolae, potuit vos nostra quid aetas,
condicio nobis vitae quo durior esset?
ausus ego primus castos violare pudores
sacratamque meae vittam temptare puellae?
immatura meaeque est noxae solvere vota?

ε′ istius atque utinam facti mea culpa magistra
prima foret: letum vita mihi dulcius esset.

---

nisi] non *TWφε* nam *Naekius* et quem nympha deum, nisi ludi: fama, secuta est *Putschius* et quae pompa deum non signis furta lo cuta est *Schopenus* et q. p. d. non signis facta locuta est *Iacobu* et q. p. d. non dulcia furta locuta est *Kochius Philol.* XIX 585 (quicumque deum, nisi lusus fama locuta est *M. Schmidt* 45 som nia pro veris *scripsi.* omnia uos estis (*nisi quod* estis *om. R*) omnia vos nostis *Veneta Scoti* omnia, vos testes *Scaliger* omnis, vo scitis *Silligius* omnia caelestes *Putschius* dulcia? caelestes *Schopenu* omnia? caelestes *Iacobus* omnis caelestis *Kochius* numina, vos nost *M. Schmidt* gestant *Heinsius* 46 inspersa *Zεα* uidēt *H* est *om. R* 47 quein *H* quom *Angl.* ε cum ψ sclã *B* 48 Condicio *Y (teste Lasseno) Hε* Conditio ψ similisque fu *scripsi.* similisq · foret ω similis fuerat *Basil.* 1543, *Pierius?* 49 *littera initiali miniata B* haec quoque] Nec quom *Colb.* praetereo *Basil. a.* 1543, *Pierius?* praeterea *YZεα* praeterea (i) preterea *H* motu *H* minoidos *Ψα* minoidus *Y* minoidus (*cor m. rec.*) *B* minoidis ε 50 sicut] secum *Vratisl.* 1 sciuit *Ψ* 51 Lede *H* nos *BYε* quod *Z* qui *TW* etas *August. Nae* aestas *B* aestas *Yε* optas *Z* obstans *H* 52 (155) Conditio *Zα* uobis *H* quod *Y* quę ε qui *Scaliger* 53 pudore *R* 54 mę.. *Y* vittam *Pomponius Sabinus et Domitius Calderinus* uitam ω ui *R* puellam (ae) *Y* puellam *Ψ* 55 *bis habet, sed priore loc* Inmatura mee uitam temptare puelle, *altero* I. mee quoq·nece so uere fata *H* que est *scripsi.* quoque ω cogor *Ψ* noxae *Zεα* nece *in mg.* l' nexe *B* nece *YΨ* necis *Med. Colb.* 3 vota *scripsi* fata, *in mg. m. rec.* l' fcã *B* fata *HYZα* facta ε 57 mihi uita q

non mea, non ullo moreretur tempore fama,
dulcia quom Veneris furatus gaudia primus
dicerer atque ex me dulcis foret orta voluptas.
nunc mihi non tantum tribuerunt invida fata,
auctor ut occulti noster foret error amoris.

ϛ Iuppiter ante sui semper mendacia furti
cum Iunone, prius coniunx quam dictus uterque est,
gaudia libavit dulcem furatus amorem.

ϛ' et mare cum tenero gavisa est laedere in herba
purpureos flores, quos insuper accumbebat,
bracchia formoso supponens Cypria collo.

ϛ'' tum credo fuerat Mavors distentus in armis;
nam certe Volcanus opus faciebat et illi
tristi turpabat malas fuligine barba.

---

58 Nam *Zα* nullo *BY* 59 quom *Angl.* cum ω primus *Basil. a.* 1543, *Pierius?* primum ω 60 Diceret *HTW'Y* 61 nunc *G. Hermannus* Nam ω at *Eichstadius* invida fata *Heinsius* impia uota ω impia fata *G. Hermannus et Putschius* 62 (165) et, *suprascr. m.* 2 ut *H* oculti *H* e^{r}ror *H* 63 *littera initiali miniata B* tui *Peerlkampus ad Hor. carm.* I 4, 7 menda^{i}ta *H* factus *BTW'Yϵ* fastus *Scaliger* 64 coniux quam *α* coniux quem *Z* quam coniunx *Naekius de libris nihil monens* 65 libasti *Peerlkampus* amorem est *TW* 66 mare cum *Lachmannus ad Lucr.* V 1001 mecum ω mea cum *Ψ* secum *Scaliger* tecum *Gronovius, Peerlkampus* dea clam *Heinsius* dea cum *praeeunte eodem Wernsdorfius* quocum *Putschius* quicum *Naekius* tenero *cum Wernsdorfio Lachmannus*, *Peerlkampus* tenera ω Cinyrae *coni. Wernsdorfius* gauisus est (u *altera corr. in* a) *H* uisa est *Med. Colb.* 3 dea visa *Gronovius* gavisa, *om.* est, *Arnoldus* laedere *post G. Canterum Lachmannus* ludere ω lidere *Scaliger* elidere *Gronovius* et qui cum Venere est visus collidere *Naekius olim* in herba] Adoni *Wernsdorfius* 67 (170) quotiens super *Heinsius* 68 bracchia *Naekius* Grandia ω candida *Aldi Taurinensis a.* 1518, *Heinsius* Cypria *Putschius* formosa *H m.* 1 Cypria *Naekius* gaudia *ψ* brachia *Aldi Taurinensis a.* 1518, *α* colla *Colb.* 3 69 *littera initiali miniata B* Mavors fueras *Gronovius*, *Peerlkampus* 70 Hoc *Ψ* cum *Peerlkampus* uulcanus ω 71 turpabat *H*, *Scaliger* turpabatque *ψ* turbabatque *TW* malas *Sca-*

ζ non Aurora novos etiam ploravit amores
atque rubens oculos roseo celavit amictu?

Eη talia caelicolae. numquid minus aurea promo?
ergo quod deus atque heros, quor non minor aetas?

ϑ infelix ego, non illo qui tempore natus
quo facilis natura fuit. sors o mea laeva
nascendi miserumque genus, quoi sera libido est!

η' tantam saecla meae cordis fecere rapinam,
ut maneam quod vix oculis cognoscere possis.

---

liger mala ψ malum *Y* malam *prop. Naekius* barba *Scaliger* barbam ω 72 (175) nothos *coni. G. Hermannus* 73 roseo] rubeo Ψ caelauit *B* velavit *Broukhusius* 74 *sq. inverso ordine Vratisl.* 1 74 *littera initiali miniata B* nunquit ϵ nimis *Med.* prono *Z* primo *TW* proles *Vonckius* 75 qđ *B* quid *H* decus *H* quor] quoi *Z* cur ψ non] n̄ē *Colb.* 3 77 (180) natura nostra *Z* leua *B* lenta *D. Heinsius* 78 nascendum *T* nascentis *N. Heinsius* quoi *Naekius* quo ω o *vel* pro *N. Heinsius* sero *Colb.* 2, ϵ est *om. HYZα* 79 Tantam *HTW Colb.* 3 Tantum *MRYZ* Tanta *Bϵα* Tam *Med.* saecla meae *scripsi.* uita meae Ψ uite meae *Y* uite mee *H* uitae meae *Z* meae uitę *B* meae uitae ϵα vota meae *Iacobus* fata meae *vel* meo *Heinsius* vitae in me *Naekius* cordi *Z* cum dis *Scaliger* sortis *vel* cordi *Heinsius* partis (*om.* tantam) *Putschius* 80 maneas *H* quod] et, *sed del. Z* ꝗ ϵ possiꝫ *H* possim *Zα* ⊙ fenix *H*

ROSETUM.

EST ET NON.

VIR BONUS.

Siglorum tabula.

B = Bembinus.
H = Helmstadiensis.
L = Ausonii Leidensis Vossianus n. 111 saec. IX, conlatus ab Alfredo Holder (in carminibus 'de est et non m.' et 'de viro bono').
S = Sangermanensis n. 1188 saec. IX, de quo cf. Froehneri ad Avianum praef. p. IIII sq. (extat in eo carmen de est et non monosyllabis descriptum ab illo).
V = Vossianus n. 81.
X = Colbertinus I teste Meyero in carminibus 'est et non' e 'de viro bono'.
Y = Thuaneus.
Z = Vossianus n. 849 (in Roseto).
l = Vossianus 96.
ε = Basileensis.
α = Aldina II.
ω = omnes.
ψ = omnes praeter eos de quibus diserte testatus sum.

ROSETUM.

Ver erat, et blando mordentia frigora sensu
spirabat croceo mane revecta dies:
strictior eoos praecesserat aura iugales,
aestiferum suadens anticipare diem.
errabam riguis per quadrua compita in hortis,
maturo cupiens me vegetare die.
vidi concretas per gramina flexa pruinas
pendere aut holerum stare cacuminibus,
caulibus et patulis teretes conludere guttas
et caelestis aquae pondere tunc gravidas.

Burmanni anthol. Lat. III *n.* 292 *t.* I p. 701 *Meyeri* II p. 47 *n.* 1023 *cf. apud eundem n.* 221. 1020 Publii Virgilii Egloga Fin. | Eiusdem Virgilii Egloga | De Rosis Nascentibus | Feliciter Inchoat *B* ·P·V·M·EGLOGA FINIT·EI·ʾDĒ DE ROSIS VASCENTIBVS EGLOGA·INCIPIT *Y* Publii Virgilii Maronis Rosarum Liber Incipit *V* Publius maro de uere nouo ad amasiā incipit *l* P. Virgilii Maronis Rosae ϵ Rosetum *Z : sine titulo H* 1 frigoræ *Y* frigore *B* morsu ϵ 2 retecta *HZα* referta *l* 3 eoas ϵ processerat *l* ora *H* 4 Estiferum *Y* 5 quadrua competa *BY* quadra compita *l* quadra et compita *HZα* ortis *HVl* hertis *Y* herbis *B*ϵ 6 uegitare *BY* 8 holerum *BY*ϵ olerum *ψ* 9 Cauribus *V* teretes patulis *HVZl* conludere *BH* colludere *Z*ϵ*α* concludere *VY* conducere *l* considere *Heinsius* guctas *V* 10 *in textu om., in mg. add. m. rec. B*; *om. item Y* e *Heinsius* celestis *B mg.* tunc] *malim* iam grauidos ϵ: *v. infra.* gravidis *Heinsius* 10 *sq.*

Nox assueta diu fecerat illud idem
Vidi paestano gaudere rosaria cultu,
Et caelestis aquae pondere tunc grauidos *Z*
Nox asueta diu fecerat illud idem
Et celestis aq̃ pondere tunc grauidos. cat
Uidi pestano gaudere rosaria cultu *(una linea post v. pri-*

vidi Paestano gaudere rosaria cultu,
  exoriente novo roscida Lucifero:
rara pruinosis canebat gemma frutetis,
  ad primi radios interitura die.
ambigeres, raperetne rosis Aurora ruborem
  an daret et flores tingueret orta dies.
ros unus, color unus et unum mane duorum:
  sideris et floris nam domina una Venus.
forsan et unus odor: sed celsior ille per auras
  difflatur, spirat proximus iste magis.
communis Paphie dea sideris et dea floris
  praecipit unius muricis esse habitum.
momentum intererat, quo se nascentia florum
  germina comparibus dividerent spatiis.
haec viret angusto foliorum tecta galero,
  hanc tenui folio purpura rubra notat,
haec aperit primi fastigia celsa obelisci

---

mum vacua rel.) H, item Vl, nisi quod v. 1 assueta *Vl* steterat *l* diem *V* *v.* 2 grauidas *l* eat *om. Vl* *v.* 3 postano *l* 11 pestano *BY* gaudere ω candere *Scriverius* 12 rosidą *H m.* 1 13 candebat *Vl* frutectis *BY* fructectis *H* fruetis *l* 14 primos *V*ϵ primũ *l* radio *l* inter aura *Y* 15 rosis aura tūc (*suprascr. m. rec.*) *B* rosis tunc aura ϵ 16 tingueret *BY* tingeret ψ 17 Rosunt color *Y* deorum ϵ 18 nam] est *Z*ϵα nam es *H* una *om. Y* unaq· *H* 19 *sq. suspectos habet Burmannus sed fortasse* 21 *sq. potius interpolati.* 19 Fosan et *Y* Forsitan *V* set *Y* 20 Difflatur ϵ Diffle, *in mg. m. rec.* l' difflatur *B* Diffle Diffluit et *HVZ* Defluit et *l* effluit et *Iunianus* spirat̂ *Y* diffluit: exspirat *Tollius* proximus] forsitan *l* 21 paphiạe *B* paphię *Y* paphię et *l* pasithe *H* de *H m.* 1 sea˜*l* 22 habitum] rosam *HZ* 23 inter erat *B* intereat *H* interea *Z* quo] o *m.* 1, *corr. in* ꝗ *H* nacencia *Y* nectentia *Z* 24 Germine *H m.* 1 conparibus *Y* disparibus *HVl* diuidit in *Z* diuidit ut rent (*corr. m.* 2) *H* 25 Nec *H* filiorum *V* galera *l* 26 Hac *BVYl* tenui ϵα tenui et *H* tenus in, *in mg. m. rec.* l' tenuis *B* tenus in *Y* tenus et *VZl* nitȝ *V* 27 prima, *corr. m.* 1 *in* primi *B* prima *Y*ϵ oboelisci *Y* Haec aperit primi fastigia celsa, *deinde vacua relicta una linea* Hec aperit prime florens p̃ludia forme *V* Haec aperit primae florens praeludia formae || Hec aperit primi fastidia celsa

mucronem absolvens purpurei capitis;
vertice collectos illa exsinuabat amictus
iam meditans foliis se numerare suis,
nec mora: ridentis calathi patefecit honorem
prodens inclusi semina densa croci;
haec, modo quae toto rutilaverat igne comarum,
pallida conlapsis deseritur foliis.
mirabar celerem fugitiva aetate rapinam
et dum nascuntur consenuisse rosas:
ecce et defluxit rutili coma punica floris,
dum loquor, et tellus tecta rubore micat.
tot species tantosque ortus variosque novatus
una dies aperit, conficit una dies.
conquerimur, Natura, brevis quod gratia florum est:
ostentata oculis ilico dona rapis.
quam longa una dies, aetas tam longa rosarum,
quas pubescentes iuncta senecta premit.
quam modo nascentem rutilus conspexit Eous,
hanc rediens sero vespere vidit anum.
sed bene quod, paucis licet interitura diebus,
succedens aevum prorogat ipsa suum.

---

obvlisci *H* Haec aperit primae florens praeludia formae *omissis ceteris Zl* 28 evolvens *Heinsius* purpurii *l* 29 exinuabat *BVYl* exundabat *HZ* 31 Hec *H* Haec *Z* modo lydentis *Z* calati *Hl* odorem *Z, Heinsius* 32 femina *Y* olensa *m.* 1, dsensa *H* densi *Y* 33 Ac *Scriverius* tot (o) *corr. m.* 2 *H* rutilauera (t) *corr. m.* 2 *H* 34 conlapsis *BVY* collapsis ψ 35 ruinam *Heinsius* 37 Quam cito defluxit *HVZl* rutuli *H m.* 1 riuuli *Y* 38 en *Burmannus* tellus] nullo *Z* nulla, *m. rec. suprascr.* tellus *H* tacta ϵ 39 tantos torsos *l* 40 Ipsa dies *B*ϵ comficit *Y* ipsa dies *VYl*ϵ 41 florum ẽ *m.* 2 *add. B, om. Y* florum, *om.* est, *H* talis *Vl* 42 Obstentata *V* occulis *Y* ilico *BVY*ϵ illico ψ raptis *H* 44 Cum *Vl* Est *Iunianus* pubescenti *V* pubescendi *l* premit] breuis *BVYl* 45 rutulis, *m. ead. factum* rutilis *B* rutilis *Yl* rutuli *H m.* 1 prospexit *Iunianus* 46 dixit *l*

47 Set *V* quod] quid *H* que *V* quam *Z* q̃ *l* 48 Succedes *V* euum *Y* et euũs, *corr. m. rec. H* illa *Vl*

conlige, virgo, rosas, dum flos novus et nova pubes,
et memor esto aevum sic properare tuum.

49 Conlige *V* Collige *ψ* uiro *m.* 1, uirg° *m. rec. B* flos] ros *Iunianus* unus *H* 50 Sed *H* euum *Y*

Publii Virgilii Maronis | Egloga De Rosis Finit *B* P·V·M·EGL DE ROSIS FINIT·EIVSDEM AMMORETVM INCIPIT *Y*

EST ET NON.

Est et Non cuncti monosyllaba nota frequentant:
omnia in his et ab his sunt omnia, sive negoti 3
sive oti quicquam est, seu turbida sive quieta.
his demptis nihil est, hominum quod sermo volutet 2
alterutro, pariter nonnumquam, saepe seorsis 5
obsistunt studiis, ut mores ingeniumque,
ut facilis vel difficilis contentio nacta est.

Burmanni anthol. Lat. V *ep.* 139 *Meyeri* I *p.* 115 *n.* 285 Publii Virgilii Maronis | Copa Finit. Versiculi Eiusdē | Maronis De Est Et Non Incip̄. *B* (*de Y vide in fine Copae*) VERSVS PRISCIANI ELOQVENTISSIMI DE EST ET NON '*vetus liber secundae notae membranaceus*' *Tollii*, *Reginae Christinae cod. teste Heinsio.* Versus Prisciani de EST ET NON *Vossianus n.* 33 *catal. p.* 380 (*cf. Naekius Cat.* 240). Prisciani de EST ET NON *Voss. n.* 15 *catal. p.* 386 (*cf. Naekius l. l.*). NaY·KaY OY PLTaGORICON *litteris miniatis L* MARO VIRGILII DE E ET NON E·LI·IN· (*h. e.* liber incipit) *V* P. Virgilii Maronis: Est ⁊ non est є Virgilius de est et non *l*: *sine titulo H*

1 monosyllā *S* monosilba *H* monosillaba *L V* 3 *sq. post* 6 *V*, *post v.* 1 *ponendos censeo.* 3 ut *l* uel *Leid. alter Burmanni* omnia *om. B* sue *S* negotii *LS* 4 otii *L* ocii *H* totii *S* qicquā *L* quitquam *H* est *om. Hα* seu turbida *BLSXY*є siue turbida *unus Leid.* seu turbae *HVα* siue turbę *l* quieta *scripsi.* quietis ω 2 Hys *H* (*item v.* 3) nichil ∾ ominum *Y* nil est hominum *Ll* hominum nihil est *V* quod *Hl*є*α* ꝗ *V* qo *L* quo *BSY* 5 Alter utro *B* nonumquam *BLSY* non unq̄ *HY* seorsis *BLSYα* seorsum *HVl* seorsus є Alter in alterius decertat uoce nondis *add. H* Alter in alterius de certa uoce notandis *l* Alter in alterius decēpta uoce nota *V* *Scriptum fortasse fuit* alter enim (*vel* ubi *vel* ut) alterius decertat (*vel* disceptat) voce notandus, *quod inseri potest post v.* 7

6 Absistant *l* et mores *l* studio res *cod. Reginae*, *Leid. alter Burmanni*, (*duo Vossiani teste Bondamio*) 7 ut *Bondamus* Vel *l*

si consentitur, mora nulla, intervenit 'est est';
sin controversum, dissensio subiciet 'non'.
hinc fora dissultant clamoribus, hinc furiosi
iurgia sunt circi, cuneati hinc tanta theatri
seditio, et tales agitat quoque curia lites.
coniugia et nati cum patribus ista quietis
verba serunt studiis salva pietate loquentes.
hinc etiam placidis schola consona disciplinis
dogmaticas agitat lento certamine lites.
hinc omnis certat dialectica turba sophorum.
'lux est: estne dies ergo? non convenit istuc:
nam facibus multis aut fulguribus quotiens lux
est nocturna homini, non est lux ista diei.'
est et non igitur, quotiens lucem esse fatendum est,
sed non esse diem. mille hinc certamina surgunt,
hinc rauci multi, qui talia commeditantes

Et ψ facilis *LSXl* faciles (e *m. ant. corr. in* i) *B* faciles *HVYεα* difficilis *LXl* dificilis *S* difficiles (e *m. ant. corr. in* i) *B* difficiles *HVYεα* contencio *Y* comptentio *l m.* 1 contenti *α* nacta *BVXYlε* naçta *H* nata *LSα* 8 Sic *L* nulla mora *l* mora, *om.* nulla, *V* est *semel S* 9 Si *HVl* In *LS* contro uersum (l' sia *suprascr. m. rec.*) *B* contra uersum *Y* controuersiȝ *Vl* contrauersim *ε* dissentio *V* dessentio (e *pr. m. ant. corr. in* i) *B* de senso *S* dissessio *L* discussio *l* subiiciet *Bl* subic(i)et *H* subicio *V* 10 foro *S* disult(a)t *H* distultant *Y* hic *V* 11 tanta *scripsi.* laeta *ω* teathri *B* theatro *cod. Reginae* 12 Sedicio *Y* Seddicio *H* agitet *H* 13—16 *om. H* 13 *om. l* sta *L* 14 Verbera *l* studia *l* 15 placidis *BLSVXYεα* placitis *l*, *Petav. Regin. all.* scola *BSVYlα* cola *S* 16 lento *scripsi.* laeto *Gothanus* placito *BXY* placido *LSVlεα* 17 oms *H* omni *V* certant *H* dyalectica *H* dialetica *Y* dyaletica *l* tuba *V* 18 lux est: estne dies ergo? *scripsi.* Est lux: estne dies ergo? *α* Est lux estne dies: ergo *ε* Estne dies est ergo dies *ψ* non *om. Y* nū *m. rec. suprascr. B* nam *ε* istud l illud *H* istic *B* istic *SXY* stic *L* 19 at *l* fulgoribus *BHSXYl* fulgeribus *L* quociens *H* quoties *S* 20 sta *L* 21 et *om. l* igni *H* gĩ *l* quociens *H* q̌oti ens *L* quoties *S*, *om. l* est *om. BY* 22 S(ed) *L* mile *H* 23 hic *LS* rauci *scripsi.* pauci *BLSVYε* pauci et *Hlα* qui *scripsi.* quoque (i) *S* quoque *ψ* comeditantes *V* commemorantur *Regin.* cōme *S*

murmure concluso rabiosa silentia rodunt.
qualis vita hominum, duo quam monosyllaba versant!

---

24 *cf. Persius sat.* III 81 conclusa *H m.* 1 concluse *BS* rauiosa *L* silencia *Y* 25 q̃· *V* cū *l* dum *V* monosyƚƚa *S* monosyllaba ϵ monosillaua *L m.* 1 versant *om. S* seruant *l*

·P·V·M·VERSICVLI DE EST ET NON· FINIVN̄T· | EIVSDEM DE INSTITVCIONE VIRI BONI | INCHOANT *Y*

VIR BONUS.

Vir bonus et sapiens, qualem vix repperit unum
milibus e cunctis hominum consultus Apollo,
iudex ipse sui totum se explorat ad unguem.
quid proceres vanique levis quid opinio volgi
— — — — — . —
securus, mundi instar habens, teres atque rotundus,
externae ne quid labis per levia sidat.
ille, dies quam longus erit sub sidere cancri
quantaque nox tropico se porrigit in capricorno,
cogitat et iusto trutinae se examine pendit,

Burmanni anthol. Lat. V 141 *Meyeri* I *p.* 40 *n.* 111 Publii Uirgilii Maronis Uer|siculi De Est Et Non Finiunt | Uersiculi Eiusdem Publii | De Institutione Viri boni *B* P·MARONIS·VERGILII· ꝺ̄ VĪ BON9 Z SA·LI·IN·(*h. e.* de viro bono et sapienti liber incipit) *V* Opus inclitissimi *(sic, non* mellitissimi *ut Naekio Cat. p.* 240 *testatus est Geelius)* Maronis de viro sapienti *l* P·Virgilii Maronis Vir bonus ϵ DE VIRO BONO PYΤΑGORICA ATIOACIC *L: sine titulo H* 1 bonos (o *post. corr. m. eadem in* u) *B* sa-^{i}pens (*corr. m. ant.) B* prudens *Hϵα* quam *H. m.* 1 ullum ϵ 2 cunctis ω multis *Aldinae* . . . consultos *(erasis* 2 *vel* 3 *litteris, fortasse* con; o *post. m. eadem corr. in* u *B)* 4 uanique leuis *BVYϵ* ianique leues *l* quid leno procax *Hα* vanique ferat *Bembus l. l. p.* 85 uanique lues *L* uariique leuis *Paris.* 7936 u^{v}olgi *L* uulgi ψ *excidisse versiculum puto* 5 *sq. cf. Horatii serm.* II 7, 86 *sq., ubi cf. quae adnotavit Bentleius.* abens *L* h̃nt*H* atque] adq^{z} *L* que *V* rotundas *B* 6 labiis *B m.* 1 *XY* lauis *L* deuia *H* fidat *BY* sydat *l* sudat *H* 7 dies *lα* diem *BHLVXYϵ* quem *Y* quē *BX* 8 que *om. l* tropico] longo *Vl* capricornu *BX* campi cornu *Y* 9 ꝑto *L* tutrinae *L* exanime *Y* pensat *ϵα*

ne quid hiet, ne quid protuberet, angulus aequis
partibus ut coeat, nil ut deliret amussis;
sit solidum quodcumque subest, nec inania subtus
indicet admotus digitis pellentibus ictus.
non prius in dulcem declinat lumina somnum,
omnia quam longi reputaverit acta diei:
'qua praetergressus, quid gestum in tempore, quid non?
cur isti facto decus afuit aut ratio illi?
quid mihi praeteritum? cur haec sententia sedit,
quam melius mutare fuit? miseratus egentem
cur aliquem fracta persensi mente dolorem?
quid volui quod nolle bonum foret? utile honesto
cur malus antetuli? num dicto aut denique vultu
perstrictus quisquam? cur me natura magis quam
disciplina trahit?' sic dicta et facta per omnia
ingrediens ortoque a vespere cuncta revolvens
offensus pravis dat palmam et praemia rectis.

---

10 ne quis *medio versu* ϵ protuberet *Lϵα* proturberet *BXY* proturbet et *Par.* 7936 pturbet et *Vl* conturbet *H* 11 q̌oeat *L* coheat *l* coceat *Y* ut nil *V* deleret *B* amuscis *H m.* 1 amusgis *V* ǎmsis *L* amisis *l* 12 *cf. Persii sat.* V 24 subes *l* ne mania *H* subt' *V* subter *Ll* 13 *om. VXYl, item om. in textu, m. rec. add. in mg. B* Iudicet ϵ admotos *H* admet̄ *B mg.* pollentibus *B* hictus *L* 14 *sqq. cf.* χρυσᾶ ἔπη *v.* 40 *sqq.* 14 Nec *V* declinet *V* detin͡ *l* declinatus, *m. ant. factum* declinatis *B* declinatis *XY* declinans *L* nūā *l* 15 apta *XY* hacta *L* 16 Qua *Schierius ad carm. aur.* 41 (πῆ παρέβην;) Quo *BHLXYϵ* Quae *Vα* Quid *l* 17 Quur *V* sti *L* ista *V* decus afuit *L* decus abfuit *α* decusa fit *V* decusa sit *B* decus assit *X* decus affuit *HVϵ* decus adfuit *l* deus abfuit *Heinsius* racio *Y* 18 quur *V* sentencia *Y* sedit *om. l* 19 Qui ϵ mutasse *l fort. recte* egenum *Vl*, *fort. recte* 20 Quur *V* facta *l* 21 Quid uoluit *Y* Qui uolui ϵ quid nolle *Bϵ* quid molle *XY* quid uelle *l* bonum et *l* feret (*m.* 1 *fort.* foret) *L* furet *BY* fuit *Petav.* 22 Quur *V* magis *l* non *HVXl* dictu *H m.* 1 dato *l* at *l* uoltu *L* uultu *ψ* facto *V* 23 Perstrictis *VY* Per strictis *B* Perscriptus *l* qt q̃' *H* fortuna *V* magisq, *V* 24—26 : *cf.* χρυσᾶ ἔπη 43 sq. 24 sic dicta aut facta per omnia ϵ sic dicta per omnia facta *l* sic facta per omnia uersans *H* et s̄ta per omnia uersus *V* 25 Egrediens *H* Ingrediensque (que *m. ant. del.*) *B* ortu *Hl* horto *B* ad *l* cuncta] čnc *L* 26 det *BLY* palmam] penā *H* uictis (iustis *teste Burmanno*) *l*

ELEGIAE
IN
MAECENATEM.

Siglorum tabula.

B = Bruxellensis.
H = Helmstadiensis.
R = Rehdigeranus.
S = Scaligeri membrana.
Σ = cod. Petri Servii, medici Romani, chart. ab Heinsio collat
V = Vossianus n. 849.
l = Vossianus n. 96.
ε = Basileensis.
a = Aldina II.
ω = omnes.
ψ = ceteri omnes praeter eos quorum lectiones adposui.

MAECENAS.

I.

Defleram iuvenis tristi modo carmine fata:
sunt etiam merito carmina danda seni.
ut iuvenis deflendus enim tam candidus et tam
longius annoso vivere dignus avo.
inreligata ratis numquam defessa Charonis
it redit in vastos semper onusta lacus.
illa rapit iuvenes prima florente iuventa,
non oblita tamen sero petitque senes.
nec mihi, Maecenas, tecum fuit usus amici:
Lollius hoc ergo conciliavit opus.
foedus erat nobis nam propter Caesaris arma
Caesaris et similem propter in arma fidem.

Burmanni anthol. II 119. *Meyeri n.* 109 P·V·MARONIS ..EGIA INCIPIT *R* Incipit mecenas uirgilii *l* Ad mecenatem *H* In-..rti autoris elegia ϵ: *sine titulo BV* 1 facta *H* 3 enim *BS* .. *H* erat *RVlϵα* eras *Heinsius* c͞adibdus *H m.* 1 iam *HR* ..euo, *suprascr. m.* 2 auo *H* 5 Charonis *scripsi.* carinis *V* ca-na ψ Charontis *Kannegieterus et Iacobsius spec. emend.* 74 ra-inis *Oudendorpius* 6 It ϵα Et ψ reddit *l* honusta *HVl* onosta ϵ latus *V* 7 Ille *H m.* 1 8 tamen sero petitque *h. e.* et quamvis sero tamen petit) *scripsi.* tamen sed repetitque .. tamen sed rapit illa α rapit sed tamen illa ϵ tamen subripit at-..ue *Scaliger* tamen subripit usque *Scriverius* tamen sed rapere illa *l* sera rapitque illa *Heinsius* t. sed rapit aeque *Vossius in mg. V* sero petisse *idem in mg. l* t. sed rapit usque *vel* sera petit-..e *Burmannus* senex *l* 9 Machaneas *B* 10 Lollius ψ, ..em verum sit dubito. Illius *Vlϵ* aegro *Heinsius* 11 foe-..s *Heinsius* fidus ω eras *Vϵ* uobis *HS* 12 *post* 13 *H* fidem, *in mg.* at silem *l* *Sententia haec:* et propter similem

regis eras, Etrusce, genus, tu Caesaris alti
dextera, Romanae tu vigil urbis eras.
omnia cum posses tanto tam carus amico,
te sensit nemo posse nocere tamen.
Pallade cum docta Phoebus donaverat artes:
tu decus et laudes huius et huius eras.
[vincit vulgares, vincit beryllus harenas,
litore in extremo quam simul unda movet.]
quod discinctus eras (namque id prope carpitur unum)
diluitur nimia simplicitate tua.
sic illi vixere, quibus fuit aurea virgo,
quae bene praecinctos postmodo pulsa fugit.
livide, quid tandem tunicae nocuere solutae,
aut tibi ventosi quid nocuere sinus?
num minus urbis erat custos et carceris opses?
nuncubi non tutas fecit in urbe vias?
nocte sub obscura quis te spoliavit amantem?

---

meae fidem in Caesaris arma. 13 etrusce genus *BHS* ethruce genus *R* genus etrusce *V* genus etruscę *l* genus etrusci ϵ*α* alti *Heinsius ad Ovidii fast.* IV 305 :*cf. epiced. Drusi* 453 almi *ω* 14 Dextra *l* Dextre *H m.* 1 romana *B* romane et *Vl* rōu *H* tu vigil] uuilgil *B* 15 tantus *HR* clarus *BHR* 16 velle *Meibomius* 17 doctas *Vl* 18 Tẹ, *m.* 2 Tu *H* Te *V* 19 *sq. alieni videntur, nisi plura exciderunt.* 19 uicit *R* beryllus *α (in quo libro ms. sit nescio)* beritus *BH* berithus *R* peritus *Vl*ϵ aronas *l* 20 Littore *R*ϵ litore Erythraeo *Barthius* quam *BHl* quā *R* quas *V*ϵ*α* vomit *Barthius Adv.* XXX 11 quas humus Inda fovet *vel* quas sinus Inde vomis (*vel* foves) *Heinsius* 21 Q̷ si *l* discintus *V* distinctus *B* disiunctus *Rl* disūīctus *H* namque id prope *Heinsius* animo quoque *ω* nimium, quod *Ruhnkenius* uno *V*ϵ una *l* 22 Diluitur *α (in quo libro ms. sit nescio)* Diluuiu hoc (u *postr. corr. m. rec. in* o) *H* Dilluuiū hoc *R* Diluuii hoc *B* Diluuii ac *Vl*ϵ nimiū̀ *R* vitae simplicitate tuae *Heinsius* 24 precintos *R* precinctus *H m.* 1 p̃cincto ϵ postmodū *H* uisa *V* 25 Livide *S* Liuida *BR* Inuide *V*ϵ*α* Inuida *Hl* quod *R* 26 tibi] verba, *suprascr. m.* 2 tibi *H* tibi quid *B* quód *R* 27 carceris *scripsi.* careris *B* caesaris *ψ* opses *B* obses *ψ* hospes *Sα* 28 nuncubi *Scaliger* Nunc tibi *BS* Num tibi *ψ* nū tutas *R* 29 oscura *BV* qui *H* uiolauit *Rα* euntem *Σ*, *Heinsius*

quis tetigit ferro durior ipse latus?
quid faceret? defunctus erat comes inpiger idem
  miles et Augusti fortiter usque pius.
illum piscosi viderunt saxa Pelori
  ignibus hostilis reddere ligna ratis.
pulvere in Emathio fortem videre Philippi:
  quam tunc ille tener quam gravis hostis erat!
cum freta Niliacae texerunt lata carinae,
  fortis erat circum, fortis et ante ducem,
militis Eoi fugientia terga secutus,
  territus ad Nili dum fugit ille caput.
pax erat: haec illos laxarunt otia cultus.
  omnia victores Marte sedente decent.
Actius ipse lyram plectro percussit eburno,
  posquam victrices conticuere tubae.
hic tela in profugos (tantum curvaverat arcum)

---

30 te[ti]git *H* durio[r] ϵ 39—56 *hic inserui.* 39 facere *B* integer *HR* inge[te] *l* 40 Milles *R* Militia *Heinsius* augusti *l* fortis et usque *vulgo* (*ubi primum?*) Martis et usque *Heinsius* *Structura haec:* fortiter defunctus erat idem comes inpiger et miles Augusti usque pius. 41 uoluerunt *l* doluerunt *Heinsius* pilori *H* polori *V* 42 hostiles *BHVl*ϵ redere *V* perdere *Is. Vossius* dedere *Heinsius* tradere *Scaliger* lingua *l* tigna *Heinsius ad Ovidii metam.* XIV 534 rates *Vl*ϵ hostilis ratis *accusativi pluralis sunt sententia hac*: hostiles rates ut ligna ignibus quibus debeantur tradere. 43 aemathio ϵ 44 Tam *B* Iam *S* nunc *BHS* Quam tener ille fuit ϵ illi *V* quam *Rα* tam *BHVl*ϵ tum *S* grauim *H* *Sententia haec:* quam tunc ille, qui tener alias dicebatur, gravis hostis erat! 45 leta *BH* laeta *R* late ϵ 46 circa *Hα* cura *R* duces *Σ* 47 Milit[i]es *H* ei[eoi] *H* fugientia *Heinsius ad Ovidii metam.* I 541 *conl.* IX 127 fugientis *ψ* fugient[i]es *H* sequutus *V*ϵ sequtus *l* 48 ruit *Burmannus* 49 illo *BHl* laxarant *BRα* ocia *R* illos laxarunt cultus, *i. e. solverunt tunicam, ut discinctus esset.* 50 uictoris *BH* decet *HRl* 51 Accius *H* percusit *R* 52 Posquā *R* Postquam *ψ* uictricem *H* turbe *H* turbe *V* 55 *sq.* 53 *sq. sic ordinavi.* 55 Sic *Heinsius* im *l* tentum *Heinsius* curuauer[a]it *H* arcus *Σ*

misit ad extremos exorientis equos.
hic modo miles erat, ne posset femina Romam 53
dotalem stupri turpis habere sui.
maius erat potuisse tamen nec velle triumphos, 31
maior res magnis abstinuisse fuit.
maluit umbrosam quercum lymphasque cadentes
paucaque pomosi iugera certa soli.
Pieridas Phoebumque colens in mollibus hortis 35
sederat argutas garrulus inter aves.
marmora Smyrnaei vincent monumenta libelli:
vivitur ingenio, cetera mortis erunt.
Bacche, coloratos posquam devicimus Indos, 57
potasti galea dulce iuvante merum;
et tibi securo tunicae fluxere solutae:
te puto purpureas tunc habuisse duas. 60
sum memor et certe memini sic ducere thyrsos

---

56 extremos] extet (~nos) mersu (~ nos *m.* 2) *H* mox Orientis *Heinsius* ecce Orientis *Burmannus* 53 ne] nec *B* foemiã *R* 54 strupri *B* hatreř *l* 31 posuisse (t *m.* 2) *R* meruisse *Francius* nec *bis B* 32 Maiores *B Vl*ϵ maius *Vl*ϵ obstuisse (in) *H* *Post hunc v. interpositum folium* (9) *unum eadem m. scriptum incipiens:* Explicat et forma muta superbit auis, *finiens:* Nec tu pallentes dubita torrere lupinos (*sunt v.* 34, *ex Ovidii medicam. faciei v.* 34—69) *in l.* 33 Malluit *R* quercum] que *B* lymphas *prop. Wernsdorfius* nymphas ω cadentes *B, Schraderus cf. Propertii* IV (III) 16 4. *Senecae de provid.* 3, 10 canentis *V* canentes ψ 34 promisi *V* culta α, *fort. recte.* 35 Pierides *Vl*ϵ molibus *R* ortis *R Vl*ϵ 36 Sederat (r *del.*) *H* Sesup *B*

37 Smyrnaei *Scaliger, nisi aliud quid latet in librorum BHS scripturis.* timnei *B* minaei *S* minci *H* mȩonii *R* maeonii *Vl* meonii ϵ uincent *BH* uincunt ψ marmorea Aonii *Scaliger primo* barbara Maeonii *Eldikius* monumenta *notione praedicativa accipienda.* monimenta *H* 38 certã (r *del.*) *H* 57 Bache *H* posquã *R* postquam ψ deuincimus *R* ymnos *V* 58 galete (a) *H* 59 defluxere *H* 60 haũisse *R* 61 certo *malit Wernsdorfius* sic] tua *Meyerus* dicere *Σ* Tum memorant teretes cum Maenade ducere thyrsos *praeter alia Heinsius* Tum memorant curru geminas tib

bracchia vel pura candidiora nive.
et tibi thyrsus erat gemmis ornatus et auro:
serpentes hederae vix habuere locum.
argentata tuos etiam talaria talos
vinxerunt certe, nec puto, Bacche, negas.
mollius es solito mecum tum multa locutus,
et tibi consulto verba fuere nova.
inpiger Alcide, multo defuncte labore,
sic memorant curas te posuisse tuas,
sic te cum tenera laetum lusisse puella
oblitum Nemeae iamque, Erymanthe, tui.
clava torosa tibi pariter cum pelle iacebat,
quam pede suspenso percutiebat Amor.
ultra numquid erat? torsisti pollice fusos,
lenisti morsu levia fila parum.
percussit crebros te propter Lydia nodos,
te propter dura stamina rupta manu.
Lydia te tunica iussit lasciva fluente
inter lanificas ducere pensa suas.

---

ducere tigres *Burmannus* Tum memorant certe geminos tibi ducere thyrsos *Oudendorpius* 62 Bachea *H* Bacchea *R Vl* Bacchica ϵ Bache *B* vel pura *Burmannus* purpurea ω prae pura *Oudendorpius* 63 thirsis *H m.* 1 64 hedre *H* edere *V* 65 amentata *coni. Scaliger* talaria *BHS* tallaria *R* sandalia *Vlϵα* plantaria *Burmannus* tallos *R* 66 Vix̄erunt *H* Vincxerunt *V* Vixerunt *l* bache *H* 67 Albus *S, unde Scaliger* balbius *coniecit.* tum] cu *H* tecum *vel* nec non temulenta *Heinsius* matrum de more *Wernsdorfius ut Verg. Aen.* VII 357 loquutus *V* loqutus *l* 69 Impiger *HRl* defuncto *H* defunte *V* 70 possuisse *R* potuisse *B* 71 tenerā *R* laetum ϵα tecum *R Vl* multum *BH* lentum *Heinsius* luxisse *V* puellam *HR* 72 Obitū (*corr. m.* 2) *R* ne mea *BH* nemees *Σ* erimantie *H* herimante *R* 79 *sq. hic inserui.* 79 Clausa *V* thorosa *HR* torose *Heinsius ad Ovidii metam.* XV 230 tua *BH* iacebant *Σ* 80 Quas *Σ* praeripiebat *Burmannus* 73 Vltro *Bl* numquit *V* nūq' *m.* 1, *suprascr.* v ϵ 74 Leniisti *V* leuisti *Σ* laevasti *Heinsius* uila *H m.* 1 75 Percusit *R* 76 et *coni. Burmannus* 77 tunica *Σ* tunicas ω uixit *V* fluente *Σ* fluentes *B Vϵα* fauentes *l* fouentes *R* uouentes (u *pr. corr. in* f) *H* 78 pensa *Heinsius ad Ovidii*

quis fore credebat, premeret cum iam inpiger infans
  hydros ingentes vix capiente manu?
cumve renascentem tereret velociter Hydram,
  frangeret inmanes vel Diomedis equos
vel tribus adversis communem fratribus alvum
  et sex adversas solus in arma manus?
fudit Aloidas posquam dominator Olympi,
  dicitur in nitidum percubuisse diem
atque aquilam misisse suam, quae quaereret ecquis
  posset amaturo digna referre Iovi.
valle sub Idaea tum te, formose sacerdos,
  invenit et presso molliter ungue rapit.
sic est: victor amet, victor potiatur in umbra,
  victor odorata dormiat inque rosa.
victus aret victusque metat, metus imperet illi,
  membra nec in strata sternere discat humo.
tempora dispensant usus et tempora cultus:
  haec homines pecudes, haec moderantur aves.

---

metam. XV 230 saepe *ω* 81 premeret cum iam *α* cum iam premet *B* cū iam p̑met *R* tuuȝ (cū) iam p̑met *H* cum iam premit *SΣVlϵ* cum rumperet *Scaliger* impiger *BRϵ* 82 Ոidros *H* hidros *V* 83 Cum uere nascentem *B* Tunc ne renascentem *ϵ* terret *HRVl* feliciter *Vossianus et Leidensis (Vl) teste Burmanno: ipse nihil notavi.* uelociter ureret *Gorallus* 84 immanes *HR* 86 aduersus *H m.* 1 87 aloidas *α* aolidas *Leid. alter teste Burmanno* ꝭaloidas *R* et eolidas *ϵ* et oenidas *B* ꝭenidas *HVl* oenidas *S* posquam *R* postquam *ψ* 88 percubuisse *BSVl* procubuisse *HRϵα* diem *HRSVl* bouem *B ms. Salmasii*, *ϵα* 89 misse *B* ecquis *ϵα* ecquid *B* ꝭquid *H* ƶquid *l* ecqd *R* ⁊q *V* 90 maturo *BH m.* 1 *RVl* digna *Heinsius* signa *BHSVl* uina *ϵα* posse *R* signifer esse *coni. Scaliger* 91 sub idea *R* sibi dea *H* tum (*vel* cum) *Heinsius* dum *ω* iam *Handius ad Statii silv.* II 45 sacerdos] iacentem *Heinsius* 92 prensum *coni. Burmannus* iugue *l* 93 sic est] segnis *Heinsius* patiatur *S* spatietur *Scaliger* 94 adorato *H* adorata *l* 95 Victus aret uictusque metat (metet *B*) *BRΣ* Victus erat (a) uictusque metat *H* Victor amet uictusque metat *S* Victus uictusque metat *l* Victorem uictus metuat *Vϵα* imperat *HR* 96 tenere *V* tnē cernere *ϵ* ponere *Heinsius* 97 dispensat *Vl* culto *H* 98 moderatur *l*

lux est, taurus arat; nox est, requiescit arator
liberat et merito fervida colla bovi.
conglaciantur aquae, scopulis se condit hirundo;
verberat egelidos garrula vere lacus.

— — — — — —

— — — — —

Caesar amicus erat: poterat vixisse solute,
cum iam Caesar idem quod cupiebat erat.
indulsit merito: non est temerarius ille?
vicimus Augusto iudice: dignus erat.

— — — — — —

— — — — —

Argo saxa pavens posquam Scyllaea relegit
Cyaneosque metus iam religanda ratis,
viscera dissecti mutaverat arietis agno
Aeetis sucis omniperita suis.

---

99 thaurus *H* nox] nō *H* n̄ *B* est *om. V* 100 Liberat & merito *Bl* Libera & emerito *Σ* Liberat emerito *ψ* boni *H m.* 1 101 Conglutinantur *ΣVlϵ* cum glaciantur *Salmasius et Heinsius* se condit] sedit *B* hyrūdo *R* hirudo ϵ 102 etgelidos (*i. e.* ecgelidos) *BHRVlϵ* egelido *α, Leidensis alter teste Burmanno* latus *Vϵ* *Lacunas post v.* 102. 106. 128. 132 *statui, non quia excidisse quaedam putem, sed ut variorum rhetorum in eodem themate versantium colores discernerem.* 104 cesarides *Vϵ* 105 *sq. om. l* 105 Induxit *Σ* merita *B* merito sibi: non temerarius *Heinsius* ille *sc.* lividus *v.* 25. *interrogandi signum posui.* 106 Vicinus *H m.* 1 *V* Vincimus *R* cinctus erat *Heinsius, sed idem* dignus eat *coni. ad Ovidii am.* II 12, 2 vicimus Augusto iudiee: dignus erat *distinxit Wernsdorfius.* vicimus: A. i. d. e. *vulgo.* 107 Arga *H m.* 1 Ergo *Vlϵ* saxo *H m.* 1 parens *Vlϵ* posquam *R* postquam *ψ* Scyllaea *Salmasius* scylleia *BRϵα* scilleia *Hl* scilleija *V* Scylaccia *Heinsius ad Ovidii metam.* XV 702 relegit *Salmasius* legit *ω* 108 Cyaneos fremitus *Is. Vossius* rates *B* 109 dissecti *Leidensis alter teste Burmanno, α* disiecti *ψ* diiecti *H* directi *S* defecti *vel* et effeti *Heinsius ad Ovidii fast.* III 674 mutauerit *B* mutarat *R* mutauit *Σ* agno *α* agni *ψ* 110 Aeetis *Scaliger* Aetes *S* Aet es *B* Aetas et *RΣlϵ* Eetas et (e *alt. m.* 2) *H* Etas et *V* sucis *BH* facis *S* succis *ψ* fucis *Scaliger* omniperita *Salmasius* omneperita *ψ* omne petita *V* omen (n) perita *H* amna

his te, Maecenas, iuvenescere posse decebat.
  haec utinam nobis Colchidos herba foret!
redditur arboribus florens revirentibus aestas:
  ergo non homini quod fuit ante redit?
vivacesque magis cervos decet esse paventes,
  siquorum in torva cornua fronte rigent?
vivere cornices multos dicuntur in annos:
  cur nos angusta condicione sumus?
pascitur Aurorae Tithonus nectare coniunx,
  atque ita iam tremulo nulla senecta nocet.
ut tibi vita foret semper medicamine sacro,
  te vellem Aurorae conplacuisse virum.
illius aptus eras croceo recubare cubili,
  et modo poeniceum rore lavante torum
illius aptus eras roseas adiungere bigas
  et dare purpurea lora regenda manu,
tu mulcere iubam, cum iam torsisset habenas
  procedente die respicientis equi.

— — — — — —

— — — — —

quaesivere chori iuvenem sic Hesperon illum,
  quem vixdum medio solvit in igne Venus:

perita ϵ 111 Iste *BH* dicebat *BV* 112 haec] O *Σ* colchitos *l* 113 Reditur *V* arboreis *V* flores *HR* reuoñtibus *H* reuocantibȝ *R* recurrentibus *Vl* aestas *RΣ* ęstas *l* estas *BHV*ϵ aetas *α* 114 Egro non ϵ Et cur non *α* ver cur non *Heinsius* 115 que *om. B* ne *Heinsius* ceruosus ϵ parentes *V m.* 1 119 aurora *H m.* 1 titonus *HVl*ϵ coniunx *VR*ϵ coniux *ψ* 120 ita] illi *R* 122 complacuisse *HR* uiex *V* (*voluitne* senex?) 123 *sq. in singulari schedula manu diversa, sed eiusdem aetatis B* 123 actus *Vl* cubilli *R* 124 *sq. om. ΣVl*ϵ 124 et modo *om. B* poeniceum '*ex veteri scriptura*' *Scaliger* puniceo *ψ* punico *R* phoenices *B* lauante *BS* leuante *ψ* thorum *H* 125 tu iungere *α* : *cf. Heinsius ad Ovidii am.* I 2, 26 126 et *Francius* Tu *ω* 127 Tum, *suprascr. m.* 2 tu *H* Te I torsisse *V* 128 Protendente ϵ respatiantis *coni. olim Scaliger* 129 thori *V*ϵ tori *α* cari *R* iuvenum *Salmasius* hespero nilum *B* hespon illum *l* hespon illum *V* Hesperon olim *Scaliger* 130 Que *B* vixdum *scripsi.* uexum *V* nexum *ψ* necdum *Scaliger* fovit *Heinsius* nemus *ΣVl*

hunc tamen infuscis placida sub nocte nitentem
  Luciferum contra currere cernis equis.
— — — — — —
— — — — —
hic tibi Corycium, casias hic donat olentis,
  hic e palmiferis balsama missa iugis.
nunc pretium candoris habes, nunc redditus umbris:
  te sumus obliti decubuisse senem.
tam Pylium flevere sui ter Nestora canum
  dicebantque tamen non satis esse senem.
Nestoris annosi vicisses saecula, si me
  dispensata tibi stamina nente forent.
nunc ego quid possum? tellus, levis ossa teneto,
  pendula librato pondus et ipsa tuum!
semper serta tibi dabimus, tibi semper odores:
  non umquam sitiens, florida semper eris.

---

131 hunc tamen *scripsi.* Quem (Que *H* Quae *R*) nunc ω infuscis *una voce scripsi.* in fuscis *V m.* 2 *lεα* in fluscis *V m.* 1 in fusci *B* in fusi *HR* iuuentam *Σ* 133 '*forte nonnulla desiderantur*' *Burmannus.* coritū *R* coritium ε narcissum *Oudendorpius*: *cf. Ciris* 370 e Corycio *Burmannus* olentes *Rl* 134 e α et
s
(*i. e.* ec) *BHRVle* misa *H* 135 Huc *V* preciū *R* redit̃ *V* reddit^z ε imbris *R* 137 tam *scripsi.* Te *B* Ter ψ et *Heinsius* pilium *BR* Peliam *Burmannus* Pylii *Oudendorpius* Phrygium (*sc. Priamum*) *Schraderus* fluere *V* 138 Dicebantque tamen *HRα* Dicebant tamen hunc ψ 139 annosi *Bα* annosa ψ vicis-
s
ses *Ascensiana* uixisses *Blα* uixissem *H* uicsissem *V* uixissem ε uixisem *R* sȩcula *R* 140 Dispensante ε nente *B, Leid.* '*ab Heinsio collatus*' *teste Burmanno*, α nempe ψ Dispensante . . . neta *Salmasius* 141 Nuc ε quod *HR*, *Scaliger* tellus *om.* ε 144 numquam (n *del.*) *M* unquam *R*

II.

Sic est Maecenas fato veniente locutus,
frigidus et iamiam cum moriturus erat.
'mene' inquit 'iuvenis primaevi, Iuppiter, ante
angustam Drusi non cecidisse diem!
pectore maturo fuerat puer, integer aevo
et magnum magni Caesaris illud opus.
discidio vellemque prius —' non omnia dixit,
inciditque pudor quae prope dixit amor.
sed manifestus erat moriens: quaerebat amatae
coniugis amplexus oscula verba manus.
'mi tamen hoc satis est: vixi te, Caesar, amico
et morior' dixit; 'dum moriorque, satis
exemplum vixi te propter molle beati, 23

Sequitur sine ullo intervallo vel titulo carm. apud Burmannum n. 120 *in* ω, *separavit primus Scaliger.* 1 loqutus *l* loquutus *V*ϵ 2 eciam iam *B* tum ϵ 3 inqd *l* iuuenes *V* iuppiter *RS* iupiter ψ turpiter ϵ 4 Angustam *HVl*ϵ, *Heinsius : cf. anteced. eleg. v.* 118 *et Hauptius de epiced. Drusi p.* 30 Angustum *B* Augustam *R*α Drusi *Francius, Io. Fr. Gronovius ad Senecae consol. ad Marc.* 3 bruti ω diem *Heinsius* fidem ω 5 aevi *Heinsius* 6 *cf. epiced. Drusi* 39 Est *l* 7 Discidio *BHRVl* Dissidio *S*ϵ Discedo *Leidensis ab Heinsio collatus teste Burmanno*, α dicit *l* dici *V*ϵ 8 quem̈ *H* puer *R*Σ quae *om., m. rec. suprascr. H* quem *R* 9 Set *V* 11 mi *scripsi.* Si ω sed *Cannegieterus* est *om. BV*ϵ cesare *Vl*ϵ 12 dixit dum moriorque] dum morior dixit *H* satis est *H* sat est *Pithoeus et Heinsius* *Post v.* 12 *inserui* 23—26, *qui in singulari schedula add. sunt eadem manu qua antecedentis elegiae v.* 123 *sq. in B* 23 iussi *l* beati *Salmasius* beate ω '*f.* beatus' *Is. Vossius* molle beate] nobile et ob te *coni. Scaliger* vitae . . . beatae *vel* luxus . . . beati

unus Maecenas teque ego propter eram.
arbiter ipse fui: volui quod contigit esse,
pectus eram vere pectoris ipse tui. 26
mollibus ex oculis aliquis tibi procidet humor, 13
cum dicar subita voce fuisse tibi,
hoc mihi contingat: iaceam tellure sub aequa. 15
nec tamen hoc ultra te doluisse velim:
sed meminisse velim. vivam sermonibus illic:
semper ero, semper si meminisse voles.
hoc decet: et certe vivam tibi semper amicus,
nec tibi qui moritur desinit esse tuus. 20
ipse ego, quidquid ero, cineres interque favillas
tunc quoque non potero non memor esse tui.
vive diu, mi care senex, pete sidera sero! 27
est opus hoc terris: te quoque velle decet.
sit tibi securo cum primis Livia coniunx, 31
expleat amissi munera rupta gener;
et tibi succrescant iuvenes bis Caesare digni 29
et tradant porro Caesaris usque genus.

Heinsius 24 unum discinctus *Heinsius* te quoque propter *Salmusius* 25 Arbitror *R* tui *Heinsius* uolui *α* uoluit *ψ*

13 tibi *om.* *Vε* procedet et *ε* 14 noce *H* ^tibi *H* 15 tibi *ΣVε* 16 te doluisse *Heinsius ad Ovidii am.* III 2, 9 te potuisse *HRS* me potuisse *Bεα* hoc potuisse *Vl* uolim *l* 17 vivus sermonibus illis *Heinsius* 19 hoc *scripsi.* Et *ω* docet *H m.* 1 dicet *V* certo fueram *Heinsius* amar͡ *V* amare *Bl* amore *ε* 20 sibi *Barthius* moritus (*corr. m.* 2) *R* 21 quicquid *RVl* 22 *om. in textu, m. rec. imo mg. add., sed cum v.* 21 *finiatur pagina, notatum sequentis versus initium* Tunc quoque *m. eadem ima pag. in H* quoque] ego *Rlε* 27 *cf. Ovidii trist.* I 1 mihi *R* sydera *R* sco' *V* 31 *sq.* 29 *sq. sic transposui.* 31 S3 *V* Sed *l* Et *ε* tibi securo *Vε* tibi secura *l* secura tibi *ψ* cum *Rα* quam *BΣ* qđ *l* quod *ε* q *V* qui, *m. rec. factum* quū *H* primis *Heinsius* primum *ω* cum primum] supremum *Scaliger* Sit diuturna *vel* sitque aequaeva tibi cum primis *Heinsius.* et saturo annorum superet tibi *Oudendorpius* libia *H* coniūx *Rε* coniux *ψ*

32 ami^ssi *H* amisi *V* funera *vel* pignora *Heinsius* rapta *H* rapta *vel* cruda *vel* nupta *Heinsius* 29 subirescant *V* sucrescant *R* uiuēs *V* 30 Sed *ε*

tum deus intersis divis insignis avitis, 33
te Venus in proprio collocet ipsa sinu.

---

33 tum *malit Wernsdorfius* Cum ω intersis *scripsi.* in terris ω avitis] et austris *Σ* 34 imprio, *h. e.* improprio *l* in patro *R* in patrio *ψ* ipsa *BHlε* ipse *V* alma *R Vα* sinus *V*

finit elegia uirgilii maronis in mecenate inueta ab HENOC in dacia *l* *Eadem fere subscriptio in Vaticano* 3269, *cuius pars scripta est manu Pomponii Laeti teste Tychone Mommseno in mus. Rhen.* VI *p.* 626 *sq. cf. M. Hauptius in epiced. Drusi p.* 30 *sq.*

Index.

Addenda et corrigenda.

pag. 2 lin. 15 sup. legendum 'grammaticomastige'.

" 8 " 2 ab imo legendum 'iucundior'.

" 29 " 10 sup. delendum 'autem'.

" 42 " 7 ab imo delendum '31'.

" 43 " 18 sup. post '*V*' addendum 'et *Y*'.

" 43 " 2 ab imo legendum '13' non '12'.

" 44 " 3 sup. delendum 'cum *Y*'.

" 44 " 3 sq. sup. legendum 'praebentque soli genuinam scripturam *chrystallo v.* 30 *VZl*'.

" 45 " 10 sup. delendum '119'.

" 46 " 19 sup. legendum '*Lεα*', ubi extat '*Lε*'.

" 47 " 13 sup. addendum 'quaedam Nicolai Loensis sunt'.

" 47 " 4 ab imo post '*diuei*' addendum '(h. e. *diue*)'.

" 47 " 4 ab imo legendum 'et cum *R esse*'.

" 48 " 3 sup. post '*manu*', inserendum '*HR*'.

" 48 " 6 " post '*milia*' pro commate ponendum semicolon.

" 48 " 6 " legendum 'Vossianus II', non 'Vossianus II*'.

" 48 " 7 " post '*iam*' pro commate ponendum semicolon.

" 48 " 12 " ante 'V 21' inserendum '*HRZα*'.

" 48 " 13 " ab initio inserendum '*HRZεα*'.

" 48 " 21 " legendum '*heluato*', non '*helluato*'.

" 48 " 23 " " '*nec*', ubi extat '*non*'.

" 40 poteram Rothmaleri de Horatio verborum inventore diss. p. 10 sq. laudare, ubi vocabula in *men* terminantia ex Lucretio Vergilio Horatio Ovidio collecta sunt.

" 49 lin. 21 sup. legendum 'tertii', non 'quarti'.

" 49 " 3 ab imo delenda haec 'V 9 *caesari*'.

" 109 " 8 ab imo legendum 'atq·', non 'atq.' item p. 163 ad XIII 2 'quasq·', non 'quasq.'.

" 123 ad Ciris versus 459—519 laudare poteram Ottonis Franckii 'de artificiosa carminum Catullianorum compositione' dissertationem, cuius in p. 57 sq. quam concinna aequabilium membrorum structura haec poematii pars niteat animadvertit. tamen quod propter interruptas responsiones sex versus 508—513 spurios esse Heynio credidit, ego a tali opusculo, in quo frigida et incommoda cum pulchris mixta sunt, quodque studiose lectitatum fuisse nullo constat indicio, interpolationum suspitionem omnem procul habendam

esse censeo. eandem illam artem etiam in vv. 268—282 et 428—447 regnare p. 59 demonstravit.

pag. 152 et 153 catal. IIII 8 et V 16 debebam *talasio* scripturam in textum recipere, quae in Veronensi quoque Catulli 61, 134 extitit.

Ad prolegg. crit. p. 32 sq. ne quis ad bucolica quoque et georgica ex Bembino nova criticae artis instrumenta peti posse speret, breviter moneo examinatis quas Zangemeisterus diligentissime notavit horum quoque carminum scripturis memorabile quod sit praeter initialia versuum quorundam ornamenta p. 57 a me laudata nihil fere me repperisse, nisi quod ecl. V 5 quod coniectura scripseram *sephyris* sic in illo extat: *sephiris*. pertinet autem ad librorum Bernensium *bc* familiam, quorum huic paulo saepius quam illi socius est.

AMNIQ·AMADRYADESRV
IPSAPLACENT·IPSAERURSUSI
NONILLUMNOSTRIPOSSUN
NECSIFRIGORIB·MEDIIS·HEB
SITHONIASQ·NIUESHIEM
NECSICUMMORIENSALTALI
AETHIOPUMUERSEMUSOUI
OMNIAUINCITAMOR·ETNOS
HAECSATERITDIUAE·UESTRU
DUMSEDET·ETGRACILIFISCELL
PIERIDES·UOSHAECFACIETISM
GALLOCUIUSAMORTANTUM
QUANTUMUERENOUOUIR
SURGAMUS·SOLETESSEGRAU
IUNIPERIGRAUISUMBRA·I
ITEDOMUMSATURAE·UENIT

TURCIUSRUFIUSAPRONIANUSASTERIUSUCETINL
EXPRAEFURBIPATRICIUSETCONSULORDIN LEG
NONMEIFIDUCIASETEIUSCUISIETADOMNIA

UERGILI

DISTINCXI·ETNEPENDANSGRATUMMIHIMU
BUCOLICON LIB
TEMPOREQUOPENACESCIRCOSUBIUNCXI
UILUDOSCURRUSQ·SIMULUARIUMQUEFE
TERNUMQUIPPESOPHOSDECRUITCRNAACM
INQ AISIUMFAMAE·CENSUSIACTURACUCU
SICIETCONSUMPTAS·SERUATISPECTACULAE
IUMQ·SUUMUIUATRANSMITTITIN

INCIPIT GEORGIC
QUISQ·LEGIS EAS FELIX·PARCASQ·BE

advenirent.'*) Nam ut amici familiaresque poetae in eis, quae de ingenio moribusque eius memoriae tradidisse dicuntur a Gellio XVII 10, dicere ipsum solitum esse narraverunt, peperit versus more atque ritu ursino, ut informes rudesque primo ingenii impetu iactatos limando paulatim tractandoque ad artis speciem expolire adsidue operam daret.

Nascentis poematis laudes Propertius elegia paulo post mortuum anno 728 Cornelium Gallum poetam scripta III 34 (cf. v. 91 sq. et Cassius Dio LIII 23) his cecinit v. 59 sqq.:

me iuvet hesternis positum languere corollis,
  quem tetigit iactu certus ad ossa deus,
Actia Vergilium custodis litora Phoebi,
  Caesaris et fortes dicere posse rates,
qui nunc Aeneae Troiani suscitat arma
  iactaque Lavinis moenia litoribus.
cedite Romani scriptores, cedite Grai:
  nescio quid maius nascitur Iliade.

Non enim persuasit C. Heimreich in quaestt. Propertt. Bonnae 1863 editis p. 46 sqq. coniciens interpolatos esse vv. 61—80. Concedo separandos esse qui integrum carmen efficiunt vv. 1—18, et in altero quod in libris adiunctum est ordinem versuum compluribus locis, velut statim post v. 66 (id quod Lachmannum non fugit) misere turbatum et lacunis fortasse laceratum esse**): sed haec quae supra descripsi cur displiceant adeo non intellego, ut heroici stili gravitatem amatoriae lasciviae opponi vel propter Varronis Atacini exemplum v. 85 adlatum putem necessarium fuisse. Qui cum item ut Vergilius praeter heroas et praecepta luserit

*) Hos inter tibicines admodum inconsiderate rettulit Servius elegantem versum V 457 'nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille sinistra' (cf. Wagneri quaest. Verg. XXI 8) et VI 186, ubi minime 'vacat *forte*': nam fortuna intercedente ipsas preces statim secutae sunt aves maternae.

**) Correcto alterius elegiae inde a v. 23 initio hunc in modum:

Sic (*Sed* vulg.) numquam vitae fallet me ruga severae:
  omnes iam norunt, quam sit amare bonum.
Lynceus ipse meus seros insanit amores:
  serum (*solum* vulg.) te nostros laetor adire deos

ceteris vide an hic fere restitui possit ordo: 27—29 (lacuna). 51—54. 33—38 (lacuna). 41 sq. 39 sq. 43 sq. 45 sq. 31 sq. 47—50. 55 sqq. quamquam sic quoque restant scrupuli.

amatoria carmina, aptissime ütriusque poetae memoria coniungebatur. Ceterum v. 61 sq. apparet non ad Actiacae pugnae, qualis in clipeo Aeneae posità fuisse narratur VIII 675 sqq., imaginem spectare, sed ad integrum illud poema, quod olim promissum ut ampliore modo quam factum est cum Aeneidis fabula contexeretur etiam tunc expectabatur.

Accepta igitur novi operis fama anno vel 728 vel 729 Augustus cum adversus Cantabros bellum gereret, 'supplicibus atque etiam minacibus per iocum litteris efflagitabat, ut sibi de Aeneide, ut ipsius verba sunt, vel prima carminis hypographa vel quodlibet colon mitteret' Vergilius. (Donat. p. 61, 14 R.)*) Et tales fuerunt epistolae Augusti, quas dialogi de or. 13 auctor testes esse dicit, quanta apud illum gratia floruerit poeta, quasque Claudianus in epist. ad Olybrium commemorat v. 23 'dignatus tenui Caesar scripsisse Maroni'. Unde etiam apud Priscianum p. 901 pauca verba excerpta sunt, qui laudavit 'Caesar ad Virgilium: excucurristi a Neapoli.' Quibus quae rescripsit poeta pauca exhibet apud Macrobium Sat. I 24, 11 admirator multiplicis, qua plena Aeneis est, doctrinae Symmachus: 'ego vero frequentes a te litteras accipio' et infra 'de Aenea quidem meo, si mehercle iam dignum auribus haberem tuis, libenter mitterem. sed tanta incohata res est, ut paene vitio mentis tantum opus ingressus mihi videar, cum praesertim, ut scis, alia quoque studia ad id opus multoque potiora inpertiar.' Quae supposita esse Vergilio vix suspicabitur, qui meminerit quae Seneca pater controv. III 8 p. 361 B. scripsit 'Ciceronem eloquentia sua in carminibus destituit, Vergilium illa felicitas ingenii in oratione soluta reliquit.'

'Multo' demum 'post perfectaque' iam 'materia tres omnino libros' recitavit, '*secundum quartum sextum*', ut Suetonio auctore Donatus p. 62, 1 R. testatur, quocum de quarto consentit Servius ad Aen. IIII 324 adnotans 'dicitur autem ingenti affectu hos versus pronuntiasse, cum privatim paucis praesentibus recitaret Augusto. nam recitavit primum libros *tertium* et *quartum*' (*primum, tertium et quartum* Steph. *primum et quartum* Reiff. sed codices non variare testatur Thilo).

---

*) Idem in Probi commentario videtur narratum fuisse, cuius mutilatus locus p. 53, 11 R. hic extat: 'Aeneida ingressus bello Cantabrico'.